

de Toledo, del Consejo de su Magestad, de la General Inquisicion, Comisario General Apostolico de la Santa Cruzada, Subsidio y Escusado, haviendo visto el Pleyto que es entre los Procuradores Generales de las Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, y Alcantara, de la una parte; y de la otra el Estado Eclesiastico de estos Reynos, Corona de Castilla, y sus Procuradores en sus nombres, dixo: Que sin embargo de la suplicacion interpuesta por las dichas partes, debia confirmar, y confirmò el Auto en esta Causa dado y pronunciado en veinte y ocho del mes de Julio del año pasado de noventa y quatro, por el qual mandò dar Provision para que el dicho Estado Eclesiastico en los repartimientos que del Escusado que de aqui adelante se hiciesse à las dichas tres Ordenes, y cada una de ellas, sea solamente habida consideracion al valor de sus bienes Decimales y Primiciales, tassandolos con la misma forma, y segun estan valorados y tassados, y se valorassen y tassassen las demas rentas Decimales y Primiciales de las demas Iglesias de estos Reynos; y que el dicho Escusado no se repartiesse, ni cobrassese de las demas rentas, bienes, y hacienda, que las dichas tres Ordenes, y cada una de ellas, fuera de las dichas Decimales y Primiciales, tienen y poseen; y en quanto á lo que las dichas Ordenes piden, que el dicho Estado Eclesiastico les vuelva todo lo que hasta agora se ha cobrado dellas, y llevado del Escusado, demas del valor de las dichas rentas Decimales y Primiciales, por las otras rentas, se le denegò, y de lo cerca de esto pedido absolvio al dicho Estado Eclesiastico, y le diò por libre, y quito; y à las dichas Ordenes sobre ello puso perpetuo silencio. Y ansimismo mando dar Provision à la parte de los Procuradores Generales de las dichas tres Ordenes, para que el dicho Estado Eclesiastico de aqui adelante, en la Congregacion General, si alli se huviiese de tratar del repartimiento del Subsidio y Escusado, ó en otra qualquier Congregacion y Junta, donde se tratasse del dicho repartimiento,

con las personas que para lo hacer señalasse, admita las que por las dichas tres Ordenes fuesen nombradas, para que juntamente con las demás se hallassen presentes al hacer de los dichos repartimientos, y vean lo que se les reparte, y aleguen lo que cerca delo à su derecho conviniese, segun que en el dicho Auto se contiene, y ansi lo pronuncio, y mandò, sin costas. El Licenciado Don Francisco Davila.

12 Y agora la Parte de las dichas Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, y Alcantara, nos pido le mandassemos dar nuestra Carta Executoria de los dichos Autos, y Sentencias, para que lo en ellas contenido le fuese guardado, cumplido, y executado, proveyendo sobre ello justicia. Lo qual por Nos visto en el dicho Consejo de Cruzada, fue acordado, que debiamos mandar dar esta nuestra Carta Executoria para vos en la dicha razon, por la qual os mandamos, que luego como con ella fueredes requeridos por parte de las dichas Ordenes, veais los dichos Autos, y Sentencias de Vista, y Revista en ella incorporadas, y las guardéis, y cumplais, y executeis, y hagais guardar, y cumplir, y executar en todo y por todo, segun y como en ellas se contiene; y contra su tenor, y forma no vais, ni pasveis, ni consintais ir, ni passar por manera alguna, só pena de excomunion mayor, y de cada ducentos ducados para ayuda à los gastos de la guerra contra infieles; só la qual dicha pena mandamos à qualquier Escrivano, ó Notario publico, que para ello fuere llamado, os la lea, y notifique, y dé Testimonio de lo que le fuere pedido.

13 Dada en Madrid à veinte y nueve de Agosto de mil y quinientos y noventa y cinco años. El Licenciado Don Francisco Davila. Por mandado del señor Comissario General. Joantes de la Rumbide.

*Concordat cum publico transumpto
(exceptis omissionibus) in Archivo de Calatrava reperto.*

SCRIPTURA XX.

*Bulla circa causas criminales, & mixtas
Militum trium Ordinum Militarium,
& de appellationibus faciendis ad Re-
gem, tamquam illorum Administrat-
orem, in tertia, & ultima
instantia.*

*Jan. 1. C*harissimo in Christo filio nos-
tro Philippo, Hispaniarum
Regi Catholico, Militiarum Sancti Ja-
cobi de Spatha, Calatrava, & Alcan-
tara perpetuo Administratori, Aposto-
lica auctoritate deputato.

2 Clemens Papa VIII. Charissime
in Christo fili noster, salutem, & Apo-
stolicam benedictionem. Majestatis tuæ
nomine Nobis nuper expositum fuit,
quod cum tu in Regnis tuis Hispania-
rum nonnullas differentias, & contro-
versias inter Tribunalia Sæcularia, &
Consilium Ordinum Militiarum Sancti
Jacobi de Spatha, sub Regula Sancti
Augustini, ac de Calatrava, & Alcan-
tara sub Regula Cisterciensi, Militia-
rum quarum tu perpetuus Adminis-
trator, Apostolica auctoritate, depu-
tatus existis, super forma & modo
cognoscendi, & tractandi causas cri-
minals, & mixtas Militum dictarum
Militiarum vigere reperisses, tu ad hu-
jusmodi controversias, & differentias
dirimendas, tamquam Administrator
Militiarum hujusmodi statuisti, & or-
dinasti, ut de cætero causæ criminales,
& mixtae Militum quorumcumque dic-
tarum Militiarum, in prima instantia
per Consilium dictarum Militiarum
juxta formam statutorum, & stabi-
limentorum ipsarum cognosci, & ter-
minari, quodque ad ipsum Consilium
Milites dictarum Militiarum, qui tam-
quam delinquentes carceri mancipati
fuerint, à quibuscumque alijs Judici-
bus remitti debeant, nec ipsi Judices
in ipsorum Militum causis, sese intro-
mittere possint, quodque à sententijs
per dictum Consilium super hujusmodi
causis criminalibus, & mixtis ferendis
ad Majestatem tuam, tamquam Mili-
tiarum prædictarum Administratorem
appellari possit, ac eadem Majestas tua
causas appellationum hujusmodi in se-
cunda instantia quatuor Judicibus,

quorum duo de Consilio Regio, &
alij duo de Consilio Ordinum Milita-
rium existant committat, ab ipsis vero
quatuor Judicibus si partes se grava-
tas senserint, illis ad Majestatem tuam,
tamquam Administratorem dictarum
Militiarum, ut præsertur, iterum ap-
pellare licet sit, quo casu Majestas
tua per se ipsam adhibitis personis
ad ea deputandis, causas easdem in
tertia, & ultima instantia cognoscere
& terminare, ac sententia per te fe-
renda executioni demandari, quibus-
cumque non obstantibus, omnino de-
beat.

3 Cum autem sicut eadem expôsi-
tio subjungebat, Majestas tua pro ma-
jori ordinationis prædictæ validitate,
cupiat illam nostræ Apostolicæ confir-
mationis robore communiri: Nobis
propterea humiliter supplicari fecit,
ut in præmissis opportune providere
de benignitate Apostolica dignaremur.
Nos igitur honestis Majestatis tuæ vo-
tis, quantum cum Domino possumus,
favorabiliter annuere cupientes, hu-
jusmodi supplicationibus inclinati, or-
dinationem prædictam, quoad Milites
dictarum Militiarum (non tamè Cle-
ricos Beneficiatos, vel in Sacris Ordini-
bus constitutos, aut eos qui vulgo
Freyles nuncupantur, quorum causas,
neçnon criminales, & mixtas ipsorum
Militum, quæ merè existunt Ecclesiast-
icæ, videlicet heresis, simonia, &
usuræ, ubi agitur, an contractus sit
fœneratius, vel ne, à predicta ordi-
natione excipimus) auctoritate Apos-
tolica, tenore presentium confirma-
mus, & approbamus, ac inviolabilis
Apostolicæ firmitatis robore commu-
nimus, omnesque, & singulos, tam
juris, quam facti defectus, si qui desuper
intervenerint, supplemus. Et ni-
hilominus quod causæ criminales, &
mixtae ad Milites quarumcumque dic-
tarum Militiarum (non tamen ad Cle-
ricos Beneficiatos, vel in Sacris Ordini-
bus constitutos, aut Freyles nuncup-
atos pertinentes, nec prædictæ cri-
minales, & mixtae merè Ecclesiasticæ, ha-
resis videlicet, simonia, & usuræ, ubi
agitur, an contractus sit fœneratius,
vel ne) in prima instantia per Consi-
lium dictarum Militiarum, juxta for-
mam

mam statutorum , & stabilimentorum ipsarum Militiarum cognosci , & terminari. Quodque ad ipsum Consilium Milites Militiarum , qui tamquam delinquentes carceri mancipati fuerint, à quibuscumque alijs Judicibus remitti debeant , nec ipsi Judices in ipforum Militum causis criminalibus , & mixtis (prædictis ut supra exceptis) fese intromittere possint. Quodque à sententijs per dictum Consilium super hujusmodi causis criminalibus , & mixtis ferendis , ad Majestatem tuam, tamquam Militiarum prædictarum Administratorem appellari possit , ac eadem Majestas tua causas appellationum hujusmodi in secunda instantia quatuor Judicibus , quorum duo de Consilio Regio , & alij duo de dicto Consilio Ordinum Militarium existant , committat. Ab ipsis verò quatuor Judicibus si partes se gravatas senserint, illis ad Majestatem tuam tamquam Administratorem dictarum Militiarum , ut præfertur , iterum appellare licitum sit , quo casu Majestas tua per se ipsam adhibitis personis ab ea deputandis , causas easdem in tertia , & ultima instantia cognoscere & terminare, quacumque ulteriori appellatione remota beat , auctoritate , & tenore præsentis statuimus , & ordinamus.

4 Non obstantibus quibusvis Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ac dictarum Militiarum , etiam juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , statutis , & consuetudinibus , privilegijs quoque , indultis , & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & approbatis. Quibus omnibus , & singulis eorum tenores præsentibus pro expressis habentes , hac vice dumtaxat specialiter , & expresse derogamus , ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem , ut præsentium transumptis manu alicujus Notarij publici subscriptis , & Sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis , eadem fides habeatur , quæ præsentibus ipsis habetur.

5 Datum Romæ apud Sanctum Petrum , sub Annulo Piscatoris , die

XXXI. Januarij MDC. Pontificatus nostri anno octavo. M. Vestrius Barbianus.

Concordat cum Originali in Archivo secreto Regalis Consilij Ordinum reperto.

SCRIPTURA XXI.

Bulla Philippo III. Regi concessa, ad concordandas lites , quæstiones , & controversias ortas, & quæ in futurum oriri poterunt, inter Archiepiscopos , Episcopos , & alias personas Ecclesiasticas, & Magistros, fratres, & Milites trium Ordinum Militarium.

1 C harissimo in Christo filio nostro Philippo , Hispaniarum Regi Catholico. Clemens Papa VIII. 1601.

3 Charissime in Christo fili nostro, salutem , & Apostolicam benedictionem. Pastoralis munera divina dispositione Nobis commissi debitum exposcit , ut non solùm omnibus præsertim Ecclesiasticis , & Regularibus , ac Militaribus personis , quæ sub Apostolica nostra auctoritate sunt constituti , iustitiam æqua lance ministrare curemus , sed quandoque controversias , & differentias inter eas vigentes pro communi quiete per amicabilem compositionem præcidere studeamus. Quæ res , cum potissimum ad quietem , & prosperum statum tuorum Regnum , in quibus amplissimi Ecclesiarum Præfules , ac aliæ Dignitate , nobilitate , ac opibus pollentes Ecclesiastica personæ , necnon quatuor insignes Militia Regulares nempè , Sancti Jacobi de Spatha , Calatravæ , Alcantaræ , & Beatæ Mariæ de Montesia Cisterciensis , & S. Augustini respectivè Ordinum institutæ sunt , quarum Milites nobilitate similiiter , ac auctoritate in eisdem Regnis valde præstant , maximè pertineat propere Majestas tua pro ejus etiam pietate , religione , ac zelo plurimum cupit inter utrumque Ecclesiasticum , & Militarem statum Regnum tuorum mutuam pacem , & concordiam perpetuò firmari , speratque , tam Ecclesiasticas , quam Militares personas hujusmodi ad evitandos dubios litium evenitus , & labores , ac expensas , quæ in his prosequendis subiri solent , super litibus , & controversijs inter eos vi-

gen-

gentibus , & quæ oriri poterunt , ad concordiam & amicabilem compositionem , Majestate tua mediante , facile deuenturos , si ad id opportuna facultas à Nobis tibi tribuatur , quemadmodum dudum per felicis recordationis Clementem VII. & Paulum III. claræ memoriae Carolo V. Romanorum Imperatori , ac Hispaniarum Regi Avo tuo , ac per Pium IV. & Gregorium XIII. & alios forsà Romanos Pontifices prædecessores nostros , & novissime per Nos inclytæ memoriae Philippo II. etiam Hispaniarum Regi genitori tuo , qui ambo dictarum Militiarum perpetui Administratores Apostolica auctoritate deputati extiterunt , per diversas eorundem prædecessorum , ac nostras litteras sub certis tunc expressis modis & formis , & similiter ad præscripta tempora concessa fuit , prout in eisdem litteris , quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus , pleniùs continetur .

4 Cum itaque , sicut nuper acceperimus , supradicto Philippo Rege tuo genitore , cuius diligentia , & industria inter multas ex Ecclesiasticis , ac Militaribus personis tuorum Regnorum vigore facultatis sibi à Pio , & Gregorio prædecessoribus , & à Nobis attributæ pax inita , & tranquillitas secuta fuit , ad meliorem vitam evocato , inter venerabiles fratres Archiepiscopos , & Episcopos , aliosque Prælatos , necnon dilectos filios Capitula , & alias personas Ecclesiasticas Sæculares , & Regulares ex una ; & dictarum Militiarum Sancti Jacobi de Spatha , Calatrava , Alcantara , & Beatæ Mariæ de Montesia Magistros , Piores , Milites , ac alios fratres , & personas , Conventusque , & Domos dictarum Militiarum ex altera partibus ; lites , differentiæ , ac controversiæ motæ jam sint , & moveri , ac denuò excitari possint , ac nonnullæ inter Archiepiscopum Hispanensis , & Episcopum Cordubensis Ecclesiarum , & seu earum Capitula , & forsà aliarum Ecclesiarum Archiepiscopos , & Episcopos , & seu Capitula , vel Ecclesiasticas personas ex una ; & Milites Sancti Jacobi de Spatha , de Calatrava , de Alcantara , & de Montesia coram dilecto filio nostro , &

Apostolicæ Sedis in illis partibus Nuntio per Nos , seu prædecessores nostros commissæ , & instructæ reperiantur , & coram eo forsà ad nonnullos actus processum etiam fuerit , cumque valde intersit tuorum Regnorum quieti , ut lites , & differentiæ hujusmodi inter personas Ecclesiasticas , & Militares prædictas , quæ præcipue in Regnis prædictis existunt , ex quorum quiete , & concordia , quies & pax eorundem Regnorum pendere videtur , per concordiam , & compositionem terminentur .

5 Nos , qui id semper intendimus , ut sublatis litium & controversiarum occasionibus , Ecclesiasticae , & præser-tim divino servitio mancipatae personæ , quietam & tranquillam vitam degentes , intuenda pace , atque unione Christiana cæteris exemplum præbeant , Majestatis tuæ votis , quantum cum Domino possumus , annuere cipientes , ac magnam in Domino fiduciam habentes , eandem Majestatem tuam id unum diligenter inspecturam , ut nimis inter omnes supradictas personas Ecclesiasticas , & Militares , sublatis litibus & controversijs , quamprimum pax , & concordia concilietur , atque ita communis ipsarum , & Regnorum tuorum quieti consulatur , litterarum omnium Clementis VII. Pauli III. Pij IV. Gregorij XIII. prædecessorum prædicatorum , & nostrarum tenores , ac prædictarum causarum , & litium status , & merita , nominaque & cognomina Judicum , & Collitigantium , ac alia de necessitate exprimenda præsentibus pro sufficienter expressis habentes , ac omnes , & quacumque lites , & controversias inter Archiepiscopos , Episcopos , reliquaque personas Ecclesiasticas Sæculares , & Regulares quascumque cum Prioribus , Militibus , & Commendatorijs , Conventibus , Mensis Magistralibus , alijsque quibuscumque personis dictarum Militiarum , coram quibuscumque Judicibus Ordinarijs , & Delegatis , tam in Romana Curia , quam extra eam motas , & quantumvis instructas , non tamen terminatas & definitas , per sententias , quæ in rem judicatam transierint , necnon , & pro tempore mo-

ven-

vendas, ad Nos & Sedem Apostolica-
cam, quatenus opus sit, harum serie
avocantes, illasque, & earum conclu-
sionem, ac terminationem ad nostrum,
& Sedis Apostolicæ beneplacitum; ita
tamen quod interim personæ Ecclesiasti-
cae prædictæ nullo modo spoliari ea-
rum quasi possessione, in qua exte-
rint, & ab ea quovis prætextu amove-
ri, vigore quorumcumque mandato-
rum, vel inhibitionum possint, sed in
ea perseverare, & continuare debeant,
nihilque in illis innovari queat, do-
nec illis penitus, & omnino, ut præ-
fertur, per concordiam terminata fue-
rit, factaque prius Judicibus, & Col-
litigantibus hujusmodi legitima inti-
matione, præsentium auctoritate sus-
pendentes, motu proprio, & ex certa
scientia, & mera deliberatione nostris,
deque Apostolicæ potestatis plenitu-
dine, Majestati tuæ dictarum Militiarum
Administratori, Apostolica auctorita-
tate deputato, ut eas extrajudicia-
liter per te ipsum, & cum consilio
peritorum, quorum saltè medietas,
personæ Ecclesiasticæ, quæ nullius Or-
dinis vel Militia Regularis sint, &
reliqui, personæ Militares esse debeant,
neutræ tamen, sive Militares, sive Ec-
clesiasticæ personæ hujusmodi alicuius
ex Consilijs, vel Tribunalibus Ma-
jestatis tuæ Consiliarij, vel Judices
existant, amicabiliter concordare, &
componere possit, & valeat committi-
mus, ac plenam, & absolutam aucto-
ritatem & facultatem, auctoritate
Apostolica, tenore præsentium conce-
dimus, & impartimur.

6 Quid si de itibus, & contro-
versijs ratione Decimarum aliquando
agetur, ac prædictorum Militum aliqui
à solutione Decimarum, quæ ex bonis
eorum patrimonialibus proveniunt, ob
privilegia Apostolica ipsis Militijs con-
cessa, se exemptos esse prætentent,
Nos eo casu Majestatem tuam à facul-
tate concordandi lites hujusmodi om-
ninò abstinere, & prædictam faculta-
tem in præmissis Decimis à bonis pa-
trimonialibus provenientibus, nullo
modo per præsentes nostras litteras
Majestati tuæ concessam, neque eas-
dem causas Decimarum ex bonis patri-
monialibus provenientium, sub dicta

avocatione causarum comprehensas
esse; sed dictam facultatem Majestati
tuæ per præsentes nostras litteras at-
tributam, quando, ut præfertur, age-
tur de causis Decimarum in litibus mo-
tis, & movendis super Decimis ex
Commendis, vel alijs bonis intuitu, &
occasione ipsarum Militiarum prove-
nientibus, dumtaxat locum habere de-
cernimus.

7 Ac insuper & volumus, quod tu
eadem lites, & causas motas, & mo-
vendas, infrà biennium dumtaxat à die
Decreti avocationis earum computan-
dum componere, & concordare pos-
sis, & quod dicto biennio elapsò, præ-
sens auctoritas, & facultas Majestati
tuæ, ut præfertur, concessa, causas
& lites ipsas non concordatas concor-
dandi cesse eo ipso, ac liberum sit
ipsis partibus super eisdem causis, &
litibus non concordatis coram Priori-
bus, aut alijs competentibus Judici-
bus de eorum juribus experiri, & illas
prosequi, ac finire. Quidquid autem
per Majestatem tuam in causis hujus-
modi, tam motis, quam movendis,
ut præfertur, concordatum, termina-
tum, stabilitum, & amicabiliter com-
positum fuerit, firmum, validum, ac
efficax esse, & fore decernimus, & ad
ejus inviolabilem observationem par-
tes ipsas cogi, & compelli posse, ne-
que ullo unquam tempore, sub quovis
prætextu, & causa ab illo resilire posse
præcipimus; partibusque ipsis desuper
ex nunc, prout ex tunc, postquam
concordatum fuerit, perpetuum silen-
tium imponimus: necnon præsentes
litteras ex quacumque causa de sub-
reptionis, vel obreptionis, seu nulli-
tatis vitio, aut intentionis nostræ, vel
alio quovis defectu notari, impugna-
ri, annullari, vel invalidari, aut alijs
quomodolibet infringi, seu retractari,
vel in jus, seu controversiam revocari,
aut adversus illas quodcumque juris,
aut facti remedium impetrari nullate-
nus posse; sicque per quoscumque Ju-
dices Ordinarios, & Delegatos, &
Causarum Palatij Apostolici Auditores,
& Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinales judicari, & diffiniri debere;
irritum quoque, & inane quidquid
secùs super his à quoquam, quavis
auc-

auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari.

8 Non obstantibus quibuscumque alijs super præmissis commissionibus, & litispendentij, alisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Ecclesiistarum, & Militiarum statutis, constitutionibus, & stabilimentis, usibus, & naturis, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmisorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quorum omnium, & singulorum tenores, hic pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, & si talia forent, quod de illis, illorumque totis tenoribus mentio specialis, & specifica, ac iteratis vicibus, & non per clausulas generales habenda foret, ac omnibus illis, quæ prædecessores nostri prædicti in suis litteris voluerunt non obstar, ceterisque contrarijs quibuscumque.

9 Cæterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis manu alicujus Notarij publici subscriptis, & Sigillo alterius personæ Ecclesiastice in dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

10 Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die IV. Augusti MDCl. Pontificatus nostri anno decimo. M. Vestrius Barbianus.

Concordat cum Originali in Secretaria Regalis Consilij Ordinum reperto.

SCRIPTURA XXII.

Bulla, qua Summus Pontifex advocat ad se causas de bonis patrimonialibus super Decimis Equitum Ordinum Militarium, concedens facultatem Nuntio Hispaniarum de illis summiæ cognoscendi, & judicandi.

Junij 17. an. 1602. **D**ilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio. Clemens PP. VIII.

2 Dilecte fili, salutem & Apostoli-

cam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij universitas Cleri Regnorum Castellæ, & Legionis, quod cum Ecclesiæ dictorum Regnum præcipue in Decimis ex fructibus terrarum à fidelibus oblatis fundatae, & dotatae sint, si illis aliqua via privarentur, sine dote remanerent, & divinus deficeret cultus, ac dictarum Ecclesiistarum Ministri, Episcopi, & Dignitates, Canonici, ac alij Beneficiati, unde se sustentare possent non habent; & quia quamplures Milites Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, Alcantara, & Calatravæ prætextu privilegiorum prædictis Militijs concessorum, à solutione dictarum Decimorum de suis bonis patrimonialibus, se exemptos esse prætendunt, lites, & causæ super ijs motæ jam sunt, & in posterum aliæ moveri possunt: & licet Nos per alias nostras in simili forma Brevis expeditas litteras, charissimo in Christo filio nostro Philippo III. Hispaniarum Regi Catholico facultatem amicabiliter concordandi lites, & differentias inter personas Ecclesiasticas, & Militares Militiarum prædictarum concesserimus, dicta tamen facultas non extenditur ad lites, & differentias super Decimis ex bonis patrimonialibus provenientibus, sed dumtaxat super Decimis ex Commandis, vel alijs bonis intuitu ipsarum Militiarum, prout in litteris prædictis contineri dicitur.

3 Cum autem sicut dicta expositio subiungebat, licet quidam venerabiles fratres Episcopi, & dilecti filij eorum Officiales, in causis hujusmodi procedere voluerint, tamen Milites prædicti eo prætextu quod ipsi Episcopi, seu Officiales in Decimis prædictis interesse habent, eos recusatunt, & recusant, & processum causarum hujusmodi impedire conantur. Propterea universitas, & Cleri Regnorum prædictorum assentes expediens admodum fore, causas hujusmodi quamprimum terminari, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eis in præmissis de opportuno juris remedio providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur justitiam unicuique administrare, ac disputationes hujusmo-

modi super jurisdictione tollere volentes, causamque, & causas coram praedictis Ordinariis, ac alijs Judicibus pendentes ad Nos harum serie advocandas, earumque statum, & merita praesentibus pro sufficienter expressis habentes, ac singulares personas universitatis Cleri praedicti, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, sive quibus quomodolibet innovatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus & mandamus, quatenus vocatis ad id qui fuerint vocandi, causam, & causas, quam, & quas expONENTES praedicti habent, & movent, habereque, & movere volunt, & intendunt, contra Milites hujusmodi, illarumque singulares personas, tam conjunctim, quam divisim, de, & super Decimis de bonis patrimonialibus, ac praecisa exemptione hujusmodi, rebusque alijs in actis causae, & causarum hujusmodi latius deductis, & deducendis, summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate facti inspecta, auctoritate nostra audias, cognoscas, fineque debito termines, & decidas. Nos enim tibi dictos adversarios, omnesque alios, quos opus fuerit, etiam per dictum publicum constituto summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, eisque, ac quibus, quando, & quoties opus fuerit, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & alijs etiam pecuniariis poenis arbitrio tuo imponebis, inhibendi, dictosque expONENTES in possessione, vel quasi percipiendi hujusmodi Decimas, etiam ex bonis praedictorum Militum, prout juris fuerit, lite hujusmodi pendente manutenendi, tuendi, & defendendi, ceteraque in praemissis, & circa necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, plenam & liberam Apostolica auctoritate concedimus facultatem.

5 Non obstantibus felicis recordationis Bonifaci Papæ VIII. praedecesso-

ris nostri de una, & Concilij generalis de duabus diætis, ac alijs Constitutio-nibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

6 Dat. Romæ apud Sanctum Mar-cum, sub Annulo Piscatoris, die 17. Junij 1602. Pontificatus nostri anno XI. P. Raiusinus.

Concordat prout est in Bullario Ar-chivi Procurationis generalis Ecclesia-rum, Statusque Ecclesiastici Regnum Castellæ, & Legionis, facultate Regia, typis mandato Matriti, anno 1666.

SCRIPTURA XXIII.

Bulla resolutionis, & finalis deliberatio-nis assumptæ à Clem. VIII. super restitu-tione Locorum, jurisdictionumque Ecclesiasticarum alienatarum à D. Rege Philippo II.

1 Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Maij 28. an. 1604.

2 Cum alias felicis recordationis Gregorius Papa XIII. praedecessor nostrarum accepisset, claræ memoriae Philippum Hispaniarum Regem Catholicum immensos, & fere intolerabiles sumptus pro Christianæ Reipublicæ, fideique Catholicæ defensione continuò facere, & ingentem, ac validam classem quotannis contra Turcas instruere, magnosque in Belgio Exercitus ad-versus haereticos alere, atque hisce tot, tamque gravibus expensis proprium Ærarium non sufficere, ideoque majoribus subsidijs opus esse. Idem Gregorius praedecessor considerans hujusmodi sumptuum, atque expensarum causas, ad conservationem quoquæ Regnum dicti Philippi Regis pertinere, & non modo laicis, verum etiam Clericis universis eidem Regi subditis communes esse, licet jam ob praefatas, & alias Clero Regnum Hispaniarum per Sedem Apostolicam nonnulla sub-sidia, videlicet, quadringentorum & viginti millium ducatorum, & solutionis primæ decimæ imposita, & eidem Philippo Regi, ut dictas expensas facilius ferre posset assignata essent: ipseque Philippus Rex à personis sacerdotalibus dictorum Regnum diversa adjumenta quereret, ut quadraginta

0000 suæ

suæ ordinariae , & sexaginta Ecclesiæ classes triremes , sicut ex propria obligatione in foedere tunc contra Turcas inito facta tenebatur , commodius instrueret : tamen advertens admodum convenire , ut personæ Ecclesiasticae Hispaniarum , ultra subsidia supradicta , adhuc partem aliquam bonorum Ecclesiasticorum jurisdictionalium , quæ minori fieri posset Ecclesiistarum dispendio , eidem Philippo Regi in ejus subventionem conferret , exemplo recentioris memoriae Clementis VII. & Pauli III. ac Julij etiam III. Romanorum Pontificum suorum , & meorum prædecessorum , qui alienandi bona jurisdictionalia Militiarum , & personarum Regularium in dictis Regnis existentium , ad summas tunc expressas , inclytæ memoriae Carolo V. Romanorum Imperatori , ejusdem Philippi Regis genitori , per diversas eorum litteras facultatem concederant , adductus , motu ejus proprio eidem Philippo Regi , ut per se , vel alium , seu alias ad id per eum toutes quoties , & quandocumque sibi videretur deputandum , seu deputandos , tot Oppida , Arces , Fortalitia , Villas , Terras , & Loca , quæ valorem annum quadraginta millium ducatorum auri largorum , secundum communem æstimationem non excederent , ad quascumque Cathedrales , etiam Metropolitanas , ac Primatales , Collegiatas , necnon Parochiales Ecclesiæ , ac Monasteria , tam virorum , quam mulierum , Prioratusque , Præposituras , Capitula , Conventus , Dignitates , etiam Conventuales , ac majores , & principales Administrationes , & officia , ceteraque Beneficia Ecclesiastica , & loca cum cura , & sine cura Sæcularia , & Sancti Benedicti , Sancti Augustini , Cluniacensis , Cisterciensis , Præmonstratensis , Sancti Hieronymi , & quoruncumque aliorum Ordinum Regularia , eorumque Conventuales Mensas in temporalibus pleno jure , quocumque titulo , causa , sive occasione , & quovis modo spectantia , & pertinentia , in dictis Hispaniarum Regnis consistentia , cum suis vassallis , & tam civilibus , quam criminalibus , jurisdictionibus , necnon mero & mixto imperio , fructibusque , redditibus , &

proventibus , obventionibus , & emolumenit quibuscumque , omnibusque alijs juribus , & pertinentijs , in prædictis , & circa ea , & illorum occasione quomodolibet competentibus spectantibus , & pertinentibus , ab eisdem Ecclesijs , Monasterijs , Prioratibus , Præposituris , Capitulis , Conventibus , Dignitatibus , Officijs , Mensis , Ordinibus , & Locis , postquam æquivalentem recompensam annuorum fructuum , reddituum , & proventuum eorundem Oppidorum , Arcium , Fortalitorum , Villarum , Terrarum , & Locorum ex communi æstimatione quinque annorum ex tunc proximè præteriorum computando , in tot bonis immobilibus , & alijs rebus , seu redditibus suis , tutis , & securis , super quo ipsius Philippi Regis conscientiam oneravit , realiter , & cum effectu assignavisset perpetuo , sine consensu Præfusum , Abbatum , Abbatissarum , Priorum , Præpositorum , Rectorum , Conventuum , Capitulorum , & aliarum personarum ea obtinentium , dismembrandi , & separandi ; ipsaque Oppida , Arces , Fortalitia , Villas , & Loca cum illorum omnium vassallis , jurisdictionibus , mero & mixto imperio , fructibus , redditibus , proventibus , obventionibus , emolumenis , ac juribus , & pertinentijs prædictis sibi appropriandi , applicandi , & incorporandi ; ac eorum fructus , redditus , proventus , & emolumenta pariter sine consensu prædictorum Præfusum , Abbatum , Abbatissarum , Priorum , Præpositorum , Rectorum , Conventuum , Capitulorum , & aliarum personarum ea obtinentium , etiam perpetuo per se , vel alium , seu alias ab eo pro tempore deputatum , seu deputatos , percipiendi , exigendi , & levandi , ac in suos usus , & utilitatem convertendi , plenam , & liberam licentiam , ac omnimodam facultatem , & potestatem , Apostolica auctoritate concessit , & largitus fuit . Ac ex tunc , prout ex eo tempore , postquam idem Philippus Rex æquivalentem recompensam hujusmodi eisdem Ecclesijs , Monasterijs , Prioratibus , Præposituris , Capitulis , Conventibus , Dignitatibus , Officijs , Mensis , Ordinibus , & Locis (ut præfertur) assignavisset , &

è con-

è contrà, Oppida, Arces, Fortalitia, Villas, Terras, & Loca prædicta cum vassallis, jurisdictionibus, meroque & mixto imperio, ac fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, emolumentis, ac juribus, & pertinentijs suis, auctoritate & tenore prædictis, perpetuò dismembravit, & separavit, ac eidem Philippo Regi, ita quod de illis omnibus, tamquam de suis proprijs bonis liberè, & licite disponere, & facere, ac illis uti, necnon Oppida, Arces, Fortalitia, Villas, & Loca prædicta cum illorum vassallis, jurisdictionibus, mero & mixto imperio, ac fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, emolumentis, ac juribus, & pertinentijs in quoscumque, quos ipse Philippus Rex voluisset, quo cumque titulo, etiam perpetuæ alienationis, venditionis, & concessionis pro pretio, seu pretijs reperibili, aut reperibilibus, & alijs sibi bene visis in prædictum effectum, & ad communem ipsius Christianæ Religionis salutem converterentur, transferre, alienare, concedere, & assignare ad pretium, seu pretia inde proveniens, & provenientia recipere, & in usum prædictum converterentur: Ita tamen, quod bona Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Præpositorum, Dignitatum, & aliorum supradictorum, & quæ tempore separationis, & alienationis vigore dictæ facultatis facienda essent vacantes, aut Pastore carerent, nullatenus separarentur, neque alienarentur, donec suos Pastores, Abbates, & Rectores habuissent, liberè, & licite valerent, dicta auctoritate perpetuò applicavit, appropriavit, & incorporata esse voluit, decrevit, & declaravit: & pro potiori cautela, alienationes, venditiones, translationes, concessiones, assignationes, omniaque, & singula alia supradicta per Philipum Regem, & ab eo deputandum, seu deputandos prædictos vigore dictæ facultatis, de Oppidis, Arcibus, Fortalitijs, Vilis, Terris, & Locis, ac alijs præmissis facendas, ex tunc pariter prout ex eo tempore postquam facta forent, & è contrà eadem auctoritate approbavit, & confirmavit, ac approbata, & confirmata esse voluit, sup-

plens omnes, & singulos præmissos, tam juris, quam facti, & quarumcumque solemnitatum in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum observari debitaram defectus, si qui forsè intervenissent in eisdem: ac decernens dismembrationem, separationem, appropriationem, applicationem, incorporationem, necnon alienationes, venditiones, translationes, concessiones, & assignationes, ac omnia, & singula alia, quæ in vim dictæ facultatis (ut prædictitur) fieri contingisset, perpetua roboris firmitate subsistere, suosque plenarios effectus fortiri; ac per Episcopos, Archiepiscopos, Primates, Abbates, Priors, Abbatissas, Priors, Præpositos, & Capitula, Conventus, & alios quoscumque supradictos, ceterosque alios ad quos ea quovis modo pertinerent, & pertinere possent perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere, perinde ac si ab ipso Gregorio prædecessore, & Apostolica Sede pro ejusdem Sedis urgentissimis necessitatibus, cum solemnitatibus à jure requisitis, & alijs necessarijs dismembrata, separata, appropriata, applicata, incorporata, alienata, vendita, & translata fuissent; necnon tam illa, quam ejusdem Gregorij prædecessoris litteras desuper expeditas, ex quavis causa de nullitatis, aut subreptionis, & obrepotionis vitio, seu insertionis ipsius Gregorij prædecessoris defectu notari, vel impugnari, ac Episcopos, Archiepiscopos, Primates, Abbates, Priors, Præpositos, Capitula, Conventus, & alios prædictos à præmissis, & alijs eorum vigore faciendis, quovis etiam enormissimæ læsionis prætextu, aut ex quacumque alia etiam justissima causa quomodolibet appellare, seu reclamare, ac illis aliqua privilegia etiam per dictam Sedem sub quacumque forma, & verborum expressione conceffa, seu concedenda ad hoc, ut dismembrationem, separationem, applicationem, appropriationem, incorporationem, alienationes, venditiones, translationes, concessiones, & assignationes hujusmodi, aliaque per ipsum Philipum Regem, & ab eo deputandum, seu deputandos pro tempore facta, ex

quavis causa , seu occasione , etiam enormissimæ læsionis hujusmodi , aut non servatarum solemnitatum à jure requisitarum annullare , invalidare , & retractare , seu impugnare valerent , suffragari non posse , ac alias prout in ejusdem Gregorij prædecessoris litteris desuper in forma Brevis sub datis 6. Aprilis 1574. Pontificatus sui anno secundo expeditis latiūs continetur: quarum litterarum vigore , sicut accepimus , dictus Philippus Rex nonnulla ex Castris , Fortalitijs , Villis , Terris , & Locis jurisdictionibus hujusmodi ad quasdam Cathedrales , etiam Metropolitanas , ac Primatales , Collegiatas , & Parochiales Ecclesiæ , ac ad Monasteria , tam virorum , quam mulierum , Prioratus , Præposituras , Capitula , Conventus , Dignitates , etiam Conventuales , ac majores , & principales Administrationes , & Officia , ceteraque Beneficia Ecclesiastica in eisdem Regnis Hispaniarum consistentia respective spectantibus cum suis vassallis , jurisdictionibus , & cum mero & mixto imperio , fructibusque , redditibus , proventibus , obventionibus , & emolumentis , juribus , & pertinentijs quibuscumque , ab eisdem Ecclesijs , Monasterijs , Prioratibus , & Præposituris , Capitulis , Conventibus , Dignitatibus , Officijs , ac Beneficijs , eorumque Mensis , Ordinibus , & Locis respectivè , assignata prius cuilibet eorum pro ratione reddituum annuorum ex Castris , Fortalitijs , Villis , Terris , & Locis ad illa respectivè spectantibus , juxta estimationem prædictam percipi solitorum æquivalente , & tutissima , in eisdem Dioecesisbus consistenti aliorum reddituum annuorum recompensa dismembravit , ac ex illis quædam nimirum titulo permutacionis in tertias personas transtulit , pro quibus , seu quorum loco alia bona stabilia , prout à Duce Medinæ Coeli in permutationem Oppidorum Utrellæ , & Almanez quasdam Salinas , quas Regia Coronæ incorporavit , & recepit : quædam verò alijs similiter tertij pretio convento , in perpetuum vendidit , & alienavit , horum autem , sic ut prædictitur , venditorum & alienatorum redditus annui ad summam no-

vem millium & quingentorum circiter ducatorum (ut accepimus) ascendent: quædam alia Coronæ suæ Regali simpliciter incorporavit , quædam verò à quarum universitatibus certas pecuniarum summas recepit , nonnullis eisdem concessis privilegijs eisdem Coronæ suæ immediate subjicit , reliqua quorum universitates ne in alios transferrentur , certam pecuniarum quantitatem ipsi Philippo Regi persolverunt , seu præsidia , vel alia bona stabilia loco pecuniarum eidem Regi assignarunt sub eisdem Ecclesijs , seu Monasterijs , vel Prioratibus , aut alijs Beneficijs Ecclesiasticis ad quæ pertinebant , dimisit , prout in diversis instrumentis , & documentis , ac alijs scripturis publicis , Regisque diplomaticis super præmissis confectis , & expeditis pleniùs dicitur contineri .

3 Cum autem , sicut etiam accepimus postea idem Philippus Rex considerans forsitan ex eo quod Gregorio prædecessori expositum non fuerat , per eundem recolendæ memorie Pium Papam V. etiam prædecessorem nostrum ipsimet Philippo Regi facultatem concessisse alienandi similia bona jurisdictionalia , ad Ecclesiæ , Monasteria , & Beneficia Ecclesiastica Regnum Hispaniarum , de consensu tamen Præsulum , & aliorum Monasteria , & Beneficia hujusmodi obtainientum , & assignata eisdem Ecclesijs , Monasterijs , & Beneficijs , ad quæ ipsa bona jurisdictionalia pertinerent duplii recompensa illorum annui valoris , & etiam ex eo quod etiam eidem Gregorio prædecessori forsitan præsuppositum fuerat , redditus bonorum jurisdictionalium ad Ecclesiæ , Monasteria , & Beneficia prædicta pertinentes , valorem annum quadraginta millium scutorum prædictorum longè excedere : cum tamen ut postea compertum fuerat , ad illum valorem vix ascenderent , his de causis facultatem sibi ad hoc à prædicto Gregorio prædecessore concessam subceptionis vitio subjacere , & tunc ex prædictis causis , tunc etiam ex eo quod ipse Philippus Rex formam dictæ facultatis non servasset , & pecunias ex venditionibus , & alienationibus prædictis receptas , in usus expressos non

non convertisset, & conscientia stimulis agitatus, in ejus ultimo testamento, seu codicillis, duas clausulas apposuerit, per quas disposuit, ut aliqua ratio, seu forma iniretur restituendi Ecclesijs, Monasterijs, & alijs hujusmodi Beneficijs Ecclesiasticis dicatorum Regnorum, Oppida, Castra, Fortalitia, Villas, Terras, & Loca supradicta ab eis in vim facultatis Apostolicæ dismembrata, & alienata; & propterea charissimus in Christo filius noster Philippus III. Hispaniarum Rex Catholicus ejusdem Philippi II. filius & successor, considerans negotium hoc maximi momenti existere, Congregationem gravissimorum scientia, & probitate virorum, ut negotium prædictum matrè considerarent, & ipsi referent nominatum deputaverit, cumque in dicta Congregatione maturo consilio consideratum fuerit, causas propter quas dictus Gregorius prædecessor facultatem supradictam concessit, tam necessarias & utiles Christianæ Reipublicæ, & eas quidem verissimas fuisse, & esse, ac venditiones, & alienationes prædictas, auctoritate Apostolica, & sub fide publica sine dolo, & fraude, dataque Ecclesijs, Monasterijs, & Beneficijs hujusmodi recompensa, juxta formam litterarum dicti Gregorij prædecessoris facta fuisse, & si nunc venditiones hujusmodi rescinderentur, inde profectò maximè in universis Hispaniarum Regnis perturbationes oriuntur, quandoquidem emptores, qui bona fide Oppida, Castra, & Loca jurisdictionalia prædicta emerent, in illis tamquam proprij domini maximas expensas, & melioramenta Ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, & Arcium fecerunt, terras emerunt, molendina, & aquarum ductus, aliaque opera sumptuosa construxerunt, quæ omnia cum omnibus damnis, & interesse, quæ passi fuerunt, quæ ad inestimabilem pecuniarum summam ascenderent, illis de jure refici, & restitui oportet, juxta obligationes à prædicto Philippo II. Rege in vim dictarum Gregorij litterarum factas: unde infinitæ lites, differentiae, molestiae, & perturbationes in prædictis Regnis suscitarentur, præterquam quod id executioni,

difficillimè demandari posset, ob resistentiam emptorum quibus invitis sine injuria, jus & dominium justo titulo, & bona fide per viam contractus acquisitum adimi non posset. Consideratum præterea fuit, ipsum Philippum III. Regem hujusmodi restitutionem hoc præsertim tempore facere non posse, cum sua Regna, & Patrimonium Regale ob alias expensas, quas ejusdem Christianæ Reipublicæ, & fidei Catholicæ causa facere coactus fuit, valde exhausta sint. Quare ipse Philippus III. Rex cupiens ejus saluti consulere, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune prævidere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur, qui ejusdem Philippi III. Regis summam pietatem, Religionem, & eximia in omnes suorum Regnorum Ecclesijs, & personas Ecclesiasticas, atque adeo in universam Rempublicam Christianam merita notas, & perpetuas habemus; propterea illius ipsi votis, quantum cum Domino possumus annuere, illumque amplioribus in dies favoribus & gratijs prosequi volentes, ac prædictarum Gregorij prædecessoris litterarum, & quorumcumque instrumentorum contractum, & aliarum scripturarum super permutationibus, venditionibus, & alienationibus quorumcumque Castrorum, Oppidorum, Arcium, Fortalitorum, Villarum, Terrarum, & Locorum supradictorum, per prædictum Philippum II. ut præmittitur factis celebratorum, & confectarum tenores, eorundemque Castrorum, Oppidorum, Arcium, Fortalitorum, Villarum, Terrarum, & Locorum, Ecclesiarumque, Monasteriorum, Prioratum, Præpositurarum, Capitulorum, Conventuum, Dignitatum, Officiorum, Mensarum, Ordinum, & locorum Ecclesiasticorum, atque respectivè pertinebant dominationes, titulos, jura, vocabula, situationes, confines, qualitates, Diœceses, & veros etiam annuos valores, ceteraque necessaria, præsentibus pro expressis habentes, ipsius Philippi III. Regis supplicationibus inclinati, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apo-

Apostolicæ potestatis plenitudine , volumus , & harum serie decernimus , ut idem Philippus III. Rex suæ , ac Philippi II. ejus genitoris saluti consulat , quoad præmissa teneatur , ea quidem Opera , Castra , Arcæ , Fortalitia , Villas , Terras , & Loca ex supradictis , quæ Coronæ fliorum Regnorum dictus Philippus II. Rex simpliciter incorporavit , necnon ea etiam , quorum universitates ne in alias personas alienarentur , certa pecuniarium quantitate ipsi Philippo II. persoluta , seu forsitan loco pecuniarum bonis aliquibus stabilibus ipsi Philippo II. Regi assignatis , ab illo quædam privilegia obtinuerint , & suæ Coronæ Regali immediatè subjecta fuerint (salvis ipsis universitatibus , & integris remanentibus quibuscumque privilegijs , gratijs , & indultijs per dictum Philippum II. eisdem universitatibus propterea concessis) Ecclesijs , Monasterijs , Prioratibus , Præposituris , Capitulis , Conventibus , Dignitatibus , Officijs , Mensis , Ordinibus , & Locis Ecclesiasticis , ad quæ respectivè antea pertinebant , cum illorum yassallis , jurisdictionibus , ac mero & mixto imperio , fructibusque , redditibus , proventibus , obventionibus , emolumenis , ac juribus , & pertinentijs suis quibuscumque omnino restituere , & reintegrare teneatur , & debeat , & ab eisdem Ecclesijs , Monasterijs , Prioratibus , Præposituris , Capitalis , Conventibus , Dignitatibus , Officijs , Mensis , Ordinibus , & Locis , bona , quæ dictus Philippus II. illis pro recompensa assignavit , recipere , sibique restitui facere possit . Quo verò ad ea Oppida , Castra , Arces , Fortalitia , Villas , Terras , & Loca ex prædictis , quæ per dictum Philippum II. in alios titulo permutationis translata fuerunt , pro quibus nimirū ipsi Philippo II. Regalia bona , videlicet quædam Salinæ in permutationem Oppidorum Utrelæ , & Almanez à Duce Medinae Cœli assignata fuerunt , ipse Philippus III. teneatur Ecclesijs , Monasterijs , Prioratibus , Præposituris , Capitulis , Conventibus , Dignitatibus , Officijs , Mensis , Ordinibus , & Locis Ecclesiasticis , ad quæ respectivè spectabant , vel ea-

demmet bona , & præsertim Salinas prædictas , quæ ipse Philippus II. habuit assignare ; & eo casu ab eisdem Ecclesijs , Monasterijs , & alijs Beneficijs supradictis , bona quæ illi pro recompensa à prædicto Philippo II. Rege data fuerunt , recipere , & sibi restitui facere possit , seu si ipse Philippus III. Rex præmissa facere non potuerit , teneatur saltē , & debeat ultra bona per Philippum II. pro æquivalenti recompensa Ecclesijs , Monasterijs , & alijs Beneficijs Ecclesiasticis prædictis concessa , alia bona juxta declarationem à nostro , & Apostolicæ Sedis Nuntio apud ipsum Philippum III. residente faciendam assignare , illis autem Universitatibus , & locis , quæ dicto Philippo II. pecunias , seu bona stabilia ad effectum , quod non venderentur tribuerunt , & sub eisdem Ecclesijs , Monasterijs , & Beneficijs Ecclesiasticis remanserunt , ipse Philippus III. Rex teneatur aliquam recompensam arbitrio ejusdem Nuntij pariter assignare , ubi verò præmissa adimplerit , ex nunc , prout ex tunc , & econtrà quoad ea Oppida , Castra , Arces , Fortalitia , Terras , Villas , & Loca ex prædictis , quæ venditionis titulo per dictum Philippum II. perpetuò realiter , & cum effectu vendita , & alienata fuerunt , ut prædictitur , venditiones , & alienationes hujusmodi perpetuò validas , & firmas remanere volumus , easque , ac instrumenta , seu alias Scripturas desuper confectas , & in eis contenta , & inde secuta quæcumque , auctoritate , & tenore prædictis perpetuò confirmamus , & approbamus , illisque perpetuae , & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , ac omnes , & singulos tam iuris , quam facti , & quarumcumque solemnitatum in alienationibus bonorum Ecclesiasticonrum observari debitarum , etiam substantialium , aliosque defectus , si qui forsitan intervenient in eisdem , supplemus , ac veriditiones , & alienationes hujusmodi , ac instrumenta desuper celebrata , & in eis contenta , & inde secuta quæcumque perpetuò valida , firma , & efficacia fore , & esse , suosque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere ,

ac

ac per Archiepiscopos Primates, Episcopos, Abbates, Piores, Abbatissas, Priorissas, Praepositos, Capitula, Conventus, & alios quoscumque supradictos, ad quos spectat perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere, nec ab ipsis, aut quibuscumque alijs quavis auctoritate fungentibus, & functuris, etiam praetextu Testamenti, seu Codicillorum, aut alicujus ultimae voluntatis praedicti Philippi II. super illorum restituione facienda, aut quavis alia occasione rescindi, retractari, annullari, aut de ipsarum venditionum validitate quomodolibet opponi, nullatenus posse: praesentes quoque litteras de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostra defectu notari, vel impugnari, aut adversus illas quodcumque gratiae, vel justitiae remedium impetrari minimè posse, sive per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
sarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac etiam Nuntios Apostolicæ Sedis, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debe-
re, ac irtitum, & inane quidquid se-
cūs super his, à quoquam, quavis au-
toritate scienter, vel ignorantē con-
tigerit attentari decernimus.

5 Ipsum verò Philippum III. Regem à quacumque restituione Oppidorum, Castrorum, Arcium, Fortalitiorum, Villarum, Terrarum, & Locorum venditorum, & alienatorum praedictorum Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Praeposituris, Mensis, Capitulis, Conventibus, & locis Ecclesiasticis quibuscumque ad quæ spectab-
ant, & pertinebant facienda, aut aliquia ulteriori recompensa illis assignanda, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus penitus absolvi-
mus, & liberamus, ac absolutum, & liberum existere, & fore declaramus, voluntatemque praedicti Philippi II. quoad hæc specialiter, & expresse commutamus: ejusdem autem Philippi II. Regis animam, quantum divinæ bo-
nitati placuerit, à quibuscumque cen-
suri, & poenis Ecclesiasticis per eum

occasione venditorum, & alienato-
rum, ac permutationum, & incorpo-
rationum supradictarum, etiam ex eo
quod, ut præmissum est, praedicto Gre-
gorio praedecessori suppositum fuerit,
redditus bonorum jurisdictionalium su-
predictorum summam annuam 400.
ducatorum longè excedere, cum pos-
tea compertum extiterit, omnes insi-
mul ad prædictam summam non as-
cendere, vel etiam ex eo quod ipsi
Gregorio praedecessori expositum non
fuerit per eundem recolendæ memo-
riæ Pium Papam V. etiam praedecesso-
rem nostrum, aliam facultatem alie-
nandi bona jurisdictionalia, de con-
sensu tamen Præsulum & aliorum pos-
sessorum Ecclesiarum, Monasteriorum,
Prioratum, Praepositurarum, & Be-
neficiarum Ecclesiasticorum ad quæ
pertinebant, & assignata recompensa
duplici valoris anni reddituum eo-
rundem bonorum jurisdictionalium
concessisse, aut alijs quomodolibet
forsan incursis, gratosè pariter absolvimus, & liberamus.

6 Quocirca Venerabilibus fratribus Dominico Archiepiscopo Sipontino moderno, & pro tempore existenti, nostro, & Apostolicæ Sedis apud ipsum Philippum III. Regem Nuntio, & Palentino, & Vallisoletano Episcopis, per praesentes committimus, & man-
damus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quotiens pro parte dicti Philippi III. Regis, aut aliorum quorumcumque in præmissis interesse habentium, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis effi-
caciis defensionis præsidio assistentes, fa-
ciant, auctoritate nostra omnia, & singula præmissa debitæ executioni de-
mandari, ipsumque Philippum III. Re-
gem, aliosque interesse habentes præ-
dictos, eorundem præmissorum effec-
tu respectivè pacificè frui, & gaudere,
non permittentes eos desuper à quo-
quam, quavis auctoritate, quomodo-
libet indebet molestari: Contradicto-
res quoscumque, eisque auxilium,
consilium, vel favorem publicè, vel
occultè, directè, vel indirectè, quo-
mo-

modolibet præstantes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatio ne postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Sæcularis.

7 Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. de tunc, & in Concilio generali edita de duabus diætis, dummodo ultra tres diætas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, & Symachi, Pauli II. Pauli IV. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de bonis, & rebus Ecclesiasticis, nisi sub certa forma non alienandis, nec non Apostolicis, ac in Synodalibus, & Provincialibus, & quibuscumque alijs Consilijs, æditis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Praepositurarum, Capitulorum, Conventuum, Dignitatum, Officiorum, Mensarum, Ordinum, & Locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Ordinibus, locis, & alijs supradictis, eorumque Superioribus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, ac in tantibus, & alijs decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, aut consistorialiter, & de consilio, & assensu venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ut ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, & aliarum illustrium personarum, etiam per remunerationem laborum, aut in vim pacti, & initi contractus inter ipsos, & Sedem prædicam, aut alijs quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, etiam disponentibus Oppida, Arces, Fortalitia, Villas, loca, & alia bona prædicta ab ipsis Ecclesijs, Monasterijs, & alijs supradictis dismembrari, & separari non posse, & illorum dismembrationes, separationes, & alienationes, etiam per Romanos Pon-

tifices, & alios pro tempore factas, nullius roboris, vel momenti esse, & fore, & eisdem privilegijs, indultis, concessionibus, & litteris, non nisi certis in eis expressis forma, & modo observatis, ac toto illorum tenore de verbo ad verbum insertum derogari non posse, & aliter factam eorum derogationem nemini suffragari; quodque Oppida, Arces, Fortalitia, & Villæ, & Loca, & alia bona dismembrata & separata, hujusmodi Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, Locis, & alijs prædictis relictæ, aut donata fuerint, & in testamentarijs, dispositionibus, aut codicillis, seu ultimis voluntatibus, aut alijs contractibus caveatur expresse, quod illa in alterius quam Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, Praepositurarum, Capitulorum, Conventuum, Dignitatum, & aliorum prædictorum usus, & utilitatem converti, seu aliter alienari nequeant, & in eventum hujusmodi alienationis alteri certo pio loco ex dictorum contractuum, seu ultimarum voluntatum disponere, applicareque debeant. Quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expreßis, & ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu, scientia, & potestatis plenitude similibus specialiter, & expresse derogamus, ceteris quibuscumque: aut si Episcopis, Archiepiscopis Primatis, Prioribus, Abbatibus, Abbatis, Priorissis, Praepositis, Capitulis, Conventibus, & alijs supradictis ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

8 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vigesimo octavo Maij, millesimo sexcentesimo quarto, anno 13.

Concordat prout est in Bullario Archivi Procurationis Generalis Ecclesiæ, statusque Ecclesiastici Regnum Castellæ, & Legionis typis mandato Matriti, anno 1666.

SCRIPTURA XXIV.

Nova Indulgentiarum concessio Regularibus facta, cum antiquarum revocatione.

Maij 1 1606. R OMANUS Pontifex, in Beati Petri Sede constitutus, cui inter alia Coelestis Indulgentiarum thesaui dispensandi cura incumbit, sollicitè prospicere debet, ac solerter, ut hujusmodi Indulgentiarum dispensatio, & usus, ad Dei gloriam, & animarum salutem præcipue dirigatur: & ne illarum multiplicitate, confusio aut inanis interpretatio exoriatur. Proinde cum felicis record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, magna cum diligentia, & solitudine procuraverit, abusus, & corruptelas, tum in communicando Indulgentiarum thesauros, tum in modo illos recipiendi, irreptos tollere: & propterea sua quædam constitutione formam aggregandi, instituendi, & recti administrandi societas, & confraternitates præscriperit, licet morte preventus, hanc piam ejus voluntatem ad finalem executionem deducere, nec etiam, ut cogitaverat, circa Indulgentias à plerisque Roman. Pont. prædecessoribus, Religionibus, & Ordinibus Monasticis, & Mendicantibus, diversis temporibus concessas, aliquid deliberare potuerit; Nos, qui nullis nostris meritis, sed sola Dei benignitate ad Summi Apostolatus Oficium vocati sumus, suscepimus à tanto Pont. pium hoc opus, ad optimum finem perducere cupientes, ubi primum Catholicæ Ecclesiæ regimen suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ad hoc opus à dicto Clemente prædecessore deputatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis prædecessoris eramus, injunximus, ut in illo opere progerentur; & Indulgentias Regularibus concessas recognoscerent: iisque recognitis, rem nobiscum communicarent. Cum itaque præfati Cardinales privilegia, concessiones, & gratias prædictis Religionibus & Ordinibus concessa diligenter inspicerint, & examinaverint: ac eorundem Ordinum Superiores, & Officiales, pluries audierint, ac circa

easdem Indulgentias, varia dubia, & incertitudines, & confusiones adesse compererint, & ex judicio eorundem etiam Regularium, vel aliquorum ex illis nobis proposuerint, valde expedire pro eorum majori securitate, & beneficio, ut Indulgentias ipsis Religionibus, & Ordinibus, adinstar, vel per communicationem, aut alio modo haec tenus concessas annullaremus, & revocaremus, ac alias particulares illis concederemus.

2 Nos matura super hoc consultatione præhabita, cupientes, & personis Regularibus quibuscumque quorumvis Ordinum, tam Monasticorum, quam Mendicantium, spirituale solatum & juvamen afferre, infrascriptas Indulgentias (quas personis Regularibus intra Clastra, aut extra, cum licentia tamen suorum Superiorum, legitima de causa illis concessæ, degentibus, tantummodo suffragari debere declaramus) concedendas diximus. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui canonice, & juxta ordines cujuslibet Religionis, & Constitutiones Apostolicas habitum Regularem à legitimis Superioribus causa profitendi in illo suscepimus, die primo illorum ingressis in ipsam Religionem, si verè poenitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistie Sacramentum sumpserint, plenariam:

3 Ac cui libet Novitio, qui poenitentes & confessus, ac Sacra Communione refectus, post completum probationis annum professionem emiserit, etiam plenariam:

4 Ne non cui libet Religioso intra claustra sui Monasterij viventi, qui in festo principali sui Ordinis confessus, & Sacra Communione refectus fuerit, aut Missam recitans, pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, Rom. Pont. salute, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, piis ad Deum preces effuderit, etiam plenariam:

5 In cujuslibet vero mortis articulo, si pariter verè poenitentes & confessus Sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus nomen Jesu ore, si potuerit, sin autem corde devote invocaverit, etiam plenariam:

Pppp

Qui

6 Qui verò ad Presbyteratus Ordinem promotus canonice , & confessus, primam Missam celebravit ; nec non etiam ijs Religiosis , qui pariter confessi , ac Sacra Communione refecti , eidem Missæ interfuerint , aut ipso die Missam similiter celebrauit , etiam plenariam:

7 Ijs verò qui de suorum Superiorum licentia à negotijs per decem dies alieni , in cella commorabuntur , aut ab aliorum conversatione separati , in piorum librorum , & aliarum rerum spiritualium , animos ad devotionem , & spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint : addendo sàpè considerationes , & meditationes mysteriorum Fidei Catholicæ , divinorum beneficiorum , quatuor Novissimorum , Passionis D. N. Jesu Christi , & aliorum exercitiorum , orationum jaculatoriarum , aut vocalium , saltim per duas horas in diem & noctem orationibus mentalibus sese exercendo , faciendo eodem tempore confessionem generalem , aut annualem , vel ordinariam , SS. Sacramentum sumpserint , aut Missam celebraverint , quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum , plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus :

8 Præterea ijdem Religiosi intra Claustra viventes , qui suam Ecclesiam devotè visitaverint , & ut præfertur , orarint , consequantur easdem indulgentias , quas visitantes Ecclesiæ Urbis , & extra eam diebus stationum consequuntur in omnibus diebus , perinde , ac si ipsas Urbis Ecclesiæ personaliter visitaverint : Omnibus item Religiosis intra Claustra (ut supraviventibus) qui quinques orationem Dominicam , & toties salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiæ , in quolibet die , quinque annos , & totidem quadragenas :

9 Ijs verò qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes , aut extra Claustra degentes , tamquam Prædicatores , & Lectores , quinques eandem orationem Dominicam , & toties Salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint , etiam quin-

que annos , & totidem quadragenas :

10 Necnon etiam eis Religiosis , qui per mensem integrum singulis diebus spatio mediae horæ orationem mentalem fecerint , ac confessi , & Sacra Communione ultima Dominica mensis hujusmodi refecti fuerint , sexaginta annos , & totidem quadragenas :

11 Qui verò contrito corde , & poenitentes , eorum culpas , & peccata , ac imperfectiones in Capitulis culparum accusabunt , & spiritualiter communicabunt , & exercitium virtutum facient , tres annos , & totidem quadragenas :

12 Quotiescumque autem de licentia Sum. Pont. aut suorum Superiorum in ditiones , & terras infidelium , aut hæreticorum ad concionandum , aut Catholicos docendum , vel infideles , & hæreticos ipsos ad fidem Catholicam convertendum , & Ecclesiæ Gremio reducendum , missi fuerint , si poenitentes , & confessi , ac Sanctissima Communione refecti fuerint , vel Missam celebraverint , ut melius ad hujusmodi opus sese parare valeant , pro duobus vicibus , videlicet , quando itineri se accingent , & quando in Provinciam , ubi prædicta opera eis exercenda erunt , ingressi fuerint , plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus & clargimur :

13 Et insuper cum Superior in Visitacionibus generalibus , orationes quadraginta horarum pro bono Visitacionis progressu collocare voluerit , ijs Religiosis , qui istis orationibus saltè spatio duarum horarum in diverso tempore interfuerint , & ibi pro Christianorum Principum concordia , hæresum extirpatione , Rom. Pont. ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione , necnon disciplinæ , & observantiæ regularis augmento , pias ad Deum preces (ut supradictum est) esfuderint , si confessi , & Sacra Communione refecti fuerint , aut Missam celebraverint , plenariam similiter omnium peccatorum Indulgentiam & remissionem (ut præfertur concedimus .

14 Volumus autem , ut omnes supradictæ Indulgentiæ & gratiæ Religio-

giosis Regularibus cuiusvis Ordinis, tam Monastici, quam Mendicantis dumtaxat (ut præfertur) concessæ, etiam omnibus Monialibus cuiusvis Regulæ approbatæ, & intra Claustra cum tribus votis solemnibus viventibus, & perpetuam clausuram servantibus, tam Ordinarijs locorum, quam etiam Regularibus eujuscumque Ordinis, Regulæ, & Instituti subjectis suffragentur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

15 Cæterum omnes & singulas Indulgentias quibuscumque Ordinibus, & Institutis Regularibus hujusmodi, etiam Mendicantibus, & quibuslibet personis Regularibus, tam vigore Privilegiorum, & litterarum Apostolicarum, quam vivæ vocis Oraculo, aut alias quovis modo per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem hactenùs concessas, & confirmatas, approbatas, & innovatas, auctoritate, & tenore prædictis, pérpetuò revocamus, cassamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarum litterarum præscriptum reducimus, & moderamus.

16 Non obstantibus quibusvis Constitutionibus Apostolicis, ac eorundem ordinum, & institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam maremagnum, & Bulla Aurea nuncupata, eisdem ordinibus, & institutis eorumque Monasterijs, Conventibus, Collegijs, Domibus, Superioribus, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscum-

que. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadém fides habeatur ubique, quæ præsentibus ipsis originalibus litteris haberetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XXIII. Maij, anno MDCVI. Pontificatus nostri anno primo. M. Vestrius Barbianus.

Concordat prout est in Diffinitionibus de Alcantara.

SCRIPTURA XXV.

Bulla confirmatoria præcedentis Clementis Ottavi, circa causas criminales & mixtas Militum triam Ordinum, & appellationem illarum ad Regem, itaut privativè in Consilio Ordinum in prima instantia, apud quatuor Judices deputatos in secunda, & apud Regiam Personam in tertia & ulteriori instantia tractentur.

1 **C**harissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico. Paulus Papa V.

Nov.
5. an.
1608.

2 Charissime in Christo fili nostro, salutem & Apostolicam benedictionem. Majestatis tuae nomine Nobis super expositum fuit, quod alias Majestas tua pro dirimendis nonnullis differentijs & controversijs, inter Tribunalia Secularia, & Consilium Ordinum Militarium S. Jacobi de Spatha sub S. Augustini, ac de Calatrava, & Alcantara sub Cisterciensis Regulis, quarum tu perpetius Administrator Apostolica auctoritate deputatus existis, super modo & forma cognoscendi, & tractandi causas criminales & mixtas Militum dictarum Militiarum vigentibus, statuit & ordinavit: ut de cætero cause criminales & mixtae Militum quorumcumque dictarum Militiarum, quantum delinquentes carceribus mancipati essent, à quibuscumque alijs Judicibus remitti deberent, nec ipsi Judices in ipsorum Militum causis se intromittere possent; quodque à sententijs per dictum Consilium super hujusmodi causis criminalibus & mixtis

ferendis, ad Majestatem tuam, tamquam Militiarum prædictarum Administratorem appellari posset; ac eadem Majestas tua causas appellationum hujusmodi in secunda instantia quatuor Judicibus, quorum duo de Consilio Regio, & alij duo de Consilio Ordinum Militarium prædictarum existent, committeret; ab ipsis vero quatuor Judicibus, si partes se gravatas sentirent, illis ad Majestatem tuam, tamquam Administratorem dictarum Militarium, ut præfertur, iterum appellare licitum esset: quo casu Majestas tua per se ipsam adhibitis personis ab ea deputandis, causas easdem in tertia, & ultima instantia cognoscere & terminare, ac sententiam per se ferendam executioni demandare, quibuscumque non obstantibus omnino deberet. Et subinde felicis recordationis Clemens Papa VIII. prædecessor noster per suas in forma Brevis litteras, ordinacionem prædictam quoad Milites dictarum Militarium, non tamen Clericos Beneficiatos, vel in Sacris Ordinibus constitutos, aut eos, qui vulgo Freyles nuncupantur, quorum causas, necnon criminales & mixtas ipsorum Militum, quæ merè existunt Ecclesiasticae, videlicet hæresis, simonia, & usuræ, ubi agitur, an contractus sit foeneratus, vel ne, à prædicta ordinatione exceptit, confirmavit & approbavit, ac inviolabilis firmitatis robore communivit, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper intervenissent, supplevit; & nihilominus quod causæ criminales & mixtae ad Milites quorumcumque Militiarum prædictarum, non tamen ad Clericos Beneficiatos, vel in Sacris Ordinibus constitutos, aut Freyles nuncupatos pertinentes, nec prædictæ criminales & mixtae verè Ecclesiasticae, hæresis videlicet, simonia, & usuræ, ubi agitur, an contractus sit foeneratus, vel in prima instantia per Consilium dictarum Militarium, juxta formam statutorum, & stabilimentorum ipsarum Militiarum cognosci, & terminari, quodque ad ipsum Consilium Milites Militiarum, qui tamquam delinquentes carceribus manciparentur, à quibuscumque alijs Judicibus remitti

deberet, nec ipsi Judices in ipsorum Militum causis criminalibus & mixtis prædictis, ut supra exceptis, sese intronitare possent; quodque à sententijs per dictum Consilium super hujusmodi causis criminalibus & mixtis ferendis, ad Majestatem tuam, tamquam Militiarum prædictarum Administratorem appellari posset; ac eadem Majestas tua causas appellationis hujusmodi in secunda instantia quatuor Judicibus, quorum duo de Consilio Regio, & alij duo de dicto Consilio Ordinum Militarium hujusmodi essent, committeret; ab ipsis vero quatuor Judicibus, si partes se gravatas sentirent, illis ad Majestatem tuam, tamquam Militiarum prædictarum Administratorem, ut præfertur, iterum appellare liceret: quo casu Majestas tua per se ipsam adhibitis personis ab ea deputandis, causas easdem in tertia, & ultima instantia cognoscere & terminare, quacumque ulteriore appellatione remota, deberet, statuit, & ordinavit, prout in dictis litteris pleniùs continetur.

3 Cum autem sicut eadem expositione subjungebat, Majestati tuae conveniens visum fuerit, ut duo Judices per eandem Majestatem tuam, uti dictarum Militiarum Administratorem, ex Consilio tuo Regio pro cognitione dictarum causarum in secunda instantia, juxta formam prædictarum litterarum deputandi, sint etiam dictarum Militiarum Milites, si in dicto Consilio adsint. Ideò dictæ Majestatis tuae nomine Nobis humiliter supplicatum fuit, ut desuper providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur honestis Majestatis tuae votis, quantum cum Domino possumus, benignè favorabiliter annuere cupientes, ac dictarum litterarum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod Majestas tua, tamquam dictarum Militiarum Administrator, quoties causæ hujusmodi in secunda instantia committenda erunt, quatuor Judicibus, duobus videlicet de Consilio Regio, & duobus de Consilio Militiarum prædictis; ita tamen quod si in dicto Consilio Regio dictarum Militiarum Milites iterint, illis, simulque

præ-

prædictis duobus de Consilio Militiarum, & non alijs illas committere debat, exceptione, & litteris prædictis aliás in suo robore permansuris, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, statuimus, & ordinamus.

5 Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Militiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibetur in judicio, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

6 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die V, Novembris MDCVIII. Pontificatus nostri anno quarto. Scipio Cobillutius.

Concordat cum Originali in Archivo Secreto Regalis Consilij Ordinum reperito.

SCRIPTURA XXVI.

Bulla in favorem trium Ordinum Militarium super participatione Indulgentiarum Regularibus concessarum.

- Ost. 1 Paulus Papa V. Ad futuram rei memoriam.
30.an. 2 Sinceræ fidei, & devotionis affectus, quem dilecti filij fratres, Capellani nuncupati Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & Alcantara sub Sancti Augustini, & Cisterciensi respectivè Regulis, erga Nos, & Apostolicam Sedem gerere comprobantur, promeretur, ut eorum votis, illis præsertim, quæ ad illorum Religionem, & animarum salutem promovendum faciunt, libenter annuamus.

Supplicationibus itaque illorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem Capellanis, qui tamen in Conventu vivunt, aut extra Conventum iussu Superiorum sunt dumtaxat, quod omnibus & singulis Indulgentijs, & peccatorum remissionibus, ac poenitentiarum relaxationibus, omnibus Regularibus Ordinibus etiam Mendicantium per Nos hactenus concessis, ac quibus ipsi fruuntur & gaudent, pari modo frui & gaudere liberè, & licetè valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus.

3 Non obstantibus Regula nostra de non concedendis Indulgentijs ad instar, ceterisque contrarijs quibuscumque.

4 Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die XXX, Octobris MDCXIX. Pontificatus nostri anno decimoquinto,

Concordat prout est in Bullario Ordinis Militiae S. Jacobi de Spatha.

SCRIPTURA XXVII.

Bulla de participatione Indulgentiarum, Equitibus trium Militiarum concessa.

1 G regorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam. Sept. 27.an. 1622.

2 Alias felicis recordationis Paulus Papa V. prædecessor noster supplicationibus dilectorum filiorum fratrum, Capellanorum nuncupatorum Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & Alcantara sub Sancti Augustini, & Cisterciensis respectivè Regulis, sibi humiliter porrectis inclinatus, eisdem Capellanis, qui tamen in Conventu vivebant, aut extra Conventum iussu Superiorum erant dumtaxat, quod omnibus & singulis Indulgentijs, ac peccatorum remissionibus, & poenitentiarum relaxationibus, omnibus Regularibus Ordinibus, & Mendicantium per ipsum Paulum prædecessorem eatenus concessis, ac quibus ipsi fruebantur, & gaudebant, pari modo frui, & gaudere liberè & licetè valerent, auctoritate Apostolica concessit, & indulxit, prout in ipsius Pauli

li prædecessoris litteris desuper expeditis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, plenius continentur.

3 Cum sicut pro parte dilectorum etiam filiorum fratum Militum nuntiatur dictarum Militiarum Nobis nuper expositum fuit, ipsi, etiam si matrimonium contrahere possint, tamen ad emitteandam professionem per illos emitti solitam, certis diebus in aliquo Conventu suarum Militiarum resideant, & eo die quo habitum suscipiunt, & professionem emitunt, Sacra Communione refecti esse debeant, ac aliquibus statutis diebus singulis annis in unum ad Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumendum congregentur, & propterea, quo præmissa majori cum devotione peragere valeant, sibi per Nos ut infra indulgeri summoperè desiderent.

4 Nos eorum desiderijs hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, supplicationibus eorum hac in parte inclinati, omnes & singulas Indulgentias, ac remissiones, & relaxationes prædictas, eisdem fratribus Capellanis, ut præfertur, confessas, eas scilicet, quarum dicti fratres Milites capaces sunt, ad ipsos fratres Milites Apostolica auctoritate tenore præsentium extendimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ in prædictis litteris dictus Paulus prædecessor vouluit non obstatre, ceterisque contrarijs quibuscumque.

5 Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die XXVII. Septembris MDCXXII. Pontificatus nostri anno secundo. S. Car. S. Just.

Concordat prout est in Originali in Archivo Secreto Regalis Consilij Ordinum reperto.



SCRIPTURA XXVIII.

Excluduntur ab habitu Ordinum S. Jacobi, Calatravae, & Alcantarae omnes Mercatores, aut eorum filii, & nepotes, qui apothecam apertam cuiusvis generis mercium tenuerint, nisi dispensationem Apostolicam obtineant.

1 **G**regorius Papa XV. Ad futuram rei memoriam. Oct. 14. an. 1622.

2 Exponi Nobis nuper fecit chaffissimus in Christo filius noster Philipus Hispaniarum Rex Catholicus, Militiarum S. Jacobi de Spatha, Calatravae, & Alcantarae perpetuus Administrator Apostolica auctoritate, quod in recipiendis ad habitum fratum Militum dictæ Militiæ S. Jacobi de Spatha, ijs qui, seu quorum genitores, & Avi Mercaturam exercuerunt, quodam ejusdem Militiæ stabilitamento capituli 5. tituli 1. cavetur expresse, ne dictæ Militiæ S. Jacobi habitus illi tradi, aut exhiberi possit, qui Mercator, aut Argentarius fuit, vel officium vile aut Mechanicum exercuerunt, aut eorum qui alterutrum officiorum hujusmodi exercuerint, natus existat, etsi nobilem, Hijodalgo vulgo nuncupatum, esse probet, cum declaratione quod Mercator ad hunc effectum intelligatur ijs, qui apothecam cuiusvis generis mercium in ea per se ipsum, aut Ministros suos residendo habuerit. Argentarius autem, qui vancum publicum tenuerit, & ex professo pecunias per se, aut suos deputatos ad cambium dederit; & quia nonnulli de Calatrava, & Alcantara Militiarum prædictarum fratres, earundem Militiarum stabilitamenta materiam hujusmodi tractantia, ex eo quod illa simili declaratione carrent, rigidiori sensu interpretantur, cum titulo sexto Capituli primi statutorum Militiæ prædictæ de Calatrava, caveatur, ne quis ad habitum per ejusdem Militiæ de Calatrava fratres Milites gestari solitum admittatur, qui, vel cuius genitor, aut Avus cuiusvis generis mercium mercaturam per se ipsos, seu Ministros suos exercuerit, sive Aurifex, vel Pictor, aut Argentarius fuerit, qui vancum publicum tenuerit.

nuerit, & ex professo pecunias per se, aut suos deputatos ad cambium dederit; titulo vero decimo tertio capituli primi stabilimentorum dictæ Militiae de Alcantara prohibetur, quemquam inter fratres Milites recipi qui nobilis, ut præfertur, non sit, juxta modum, & forum Regnorum Hispaniarum, qui à Mauris, Conversis, Hæreticis, aut Hebreis, & ignobilibus, vel eis qui per Officium Inquisitionis hæreticæ pravitatis pro causis fidei puniti fuerint, usque ad quartam generationem in parte, vel alias originem non trahat, sed iij dumtaxat recipientur, qui de nobili antiquo Christianorum Nobilium genere ex utroque parente, & avis ambarum partium nominis, & insignium procreati sunt, ita ut fama publica in contrarium non sit, quique, & quorum genitores Mercatores, affictuarij, aut argentarij, vel usurarij, aut similium personarum in hujusmodi officijs ministri, seu officiales mechanici non fuerint, nec ex hujusmodi officijs vivant, aut vixerint.

3 Cum autem sicut eadem expositione sub jungebat, statuta seu stabilimenta dictarum Militiarum in illarum Capitulis Generalibus (auctoritate Apostolica desuper suffragante) edita fuerint, & dictus Philippus Rex multis negotijs impeditus, Capitula Generalia hujusmodi celebrare non possit, & pro tollenda omni in præmissis ambiguitate, necnon disparitate circa modum interpretandi exclusionem dictorum Mercatorum ab habitu Militiarum hujusmodi, utque Judices Consilij Regij dictorum Ordinum uniformiter, & citra opinionum disparitatem in hujusmodi materia de cætero judicent, decreverit, exclusionem Mercatorum hujusmodi ab habitu Militiarum de Calatrava, & Alcantara prædictarum, juxta declarationem Stabilimenti Capituli quinti, tituli primi in prædicta Militia Sancti Jacobi emanatam intelligi debere: Quod nempè iij Mercatores ab habitu dictarum Militiarum de Calatrava, & Alcantara absque dispensatione Apostolica exclusi intelligentur, qui, aut quorum genitores, vel avi apothecam apertam cuiusvis generis mercium tenuerint, & in illa merces

per se ipsos, seu ab eis deputatos vendiderint, non autem iij qui pecunias suas lucri causa in magna summa ad grosum, ut vulgo nuncupant, erogant, & ipsi in apotheca non vendunt, seu vendere faciunt ad minutum.

4 Nos ut decreta hujusmodi per dictum Philippum Regem, ut præfertur, facta, ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere, ac dicti Philippi Regis votis annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decreta ipsa per eundem Philippum Regem, ut præfertur, facta, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illico inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus. Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari debere, irritumque, & innane si secus super his à quo quam, quavis auctoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

5 Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Militiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo labore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

6 Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die xiv. Octobris. Pontificatus nostri anno secundo.

Concordat prout est in Bullario Ordinis Militia S. Jacobi de Spatha.

SCRIP-

SCRIPTURA XXIX.

Breve ad compellendum omnes Ecclesiasticas Saculares, & Regulares personas (non vero Monachales) ad testificandum in Causis Nobilitatis, & puritatis Sanguinis.

Mart. 23.an. 1624. **U**rbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Cum sicut Charissimus in Christo Filius noster Philippus, Hispaniarum Rex Catholicus, Nobis nuper exponi fecit, ex eo quod personæ Ecclesiastice Saculares, & Regulares Regnum Hispaniarum, vigore exemptionum, quibus potiuntur, in Causis Nobilitatis, & puritatis sanguinis coram Ministris, seu Officialibus Consiliorum Ordinum Militarium testimonium perhibere recusant, magna inconvenientia orta sint. Nos premissis, quantum cum Domino possumus, obviare volentes, supplicationibus dicti Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Loco-rum Ordinarijs Regnum prædictorum, ut quotiescumque pro parte Commissariorum, sive deputatorum Ordinum Militarium, quascumque personas Ecclesiasticas, tam Saculares, quam cuiusvis Ordinis & instituti Regulares, & exemptas, non tamen Monachales, ad testificandum coram se in Causis hujusmodi juxta Sacrorum Canonum Decreta, cogere, & compellere, absque eo quod ipsæ personæ aliquam propterea notam, aut censuram, & poenas Ecclesiasticas incurvant, possint, & debeat, licentiam & facultatem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ordinum, quorum personæ Regulares prædictæ fuerint, & juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretis, statutis, & consuetudinibus, certe risque contrarijs quibuscumque. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Martij 1624. Pon-

tificatus nostri anno primo. Loco  Sigilli.

Concordat cum Originali in Archivo Secreto Regij Ordinum Consilij reperto.

SCRIPTURA XXX.

Regium Decretum per subsequentem Bullam ex parte confirmatum super Medijs Annatis, ex parte vero quod vacaciones per decenia computandas prætermisum.

EL REY. Por quanto conforme Febr. à lo dispuesto por Bulas Apostolicas, Establecimientos, y Difiniciones de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara, cuya Administracion perpetua Yo tengo, por autoridad Apostolica, siempre que suceda haver vacante de las Encomiendas de las dichas Ordenes, pertenece, y se cobra en las de Santiago Media Annata para la dicha Orden, que es la mitad de la renta de los dos primeros años: y en las de Calatrava la tercia parte de la renta de un año: y en las de Alcantara, que tienen Casas fuertes, el primero la tercia parte de la renta de él, y el segundo la mitad; y no siendo de las que tienen Casas fuertes, solamente la tercia parte de la renta del primero año, contándose todo desde otro dia de la muerte de los Comendadores, ó su promoción a diferentes Encomiendas, lo qual se ha de convertir en reparos de las Casas, y demás miembros de ellas, y otros gastos forzosos, y en la paga de los salarios de algunos Ministros, y otras cargas, y obligaciones precisas: y respecto de que Yo hago merced de las dichas Encomiendas en administración con goce de frutos, otras con años de supervivencia, y tambien a menores de edad, y a mugeres, y para pagar deudas de difuntos, sacando Breves Apostolicos para su cumplimiento, y efecto; Don Pedro de Velasco, Cavallero professo de la dicha Orden de Santiago, y Contador de las Medias Annatas de las Encomiendas de ella, a cuya cuenta está su administración, y cobranza, por un Memorial que dió en mi Consejo de las Ordenes, me representó los in-

con-

convenientes que de esto se seguian, porque los que despues sucedian en las dichas Encomiendas, pretendian no deber este derecho , à causa de no haber sido los que ansi havian gozado dellas legitimos Comendadores, y que con una media annata se cumplia , supuesto que solo havia una vacante por muerte de los ultimos Comendadores, y que esto era de presente , y seria en lo de adelante de muy grande perjuicio , ansi à la dicha Orden y sus Ministros , como à las dichas Encomiendas , y ocasionaba largos pleytos , en que se gastaba mucho caudal : porque me suplico mandasse proveer de remedio , que escusasse este daño. Y habiendo visto en el dicho mi Consejo de las Ordenes , y los medios que el dicho Don Pedro de Velasco propuso , y conmigo consultado , teniendo consideracion à lo que tan justamente , y con tanto acuerdo está dispuesto por las dichas Bulas , Establecimientos , y Difiniciones , y el beneficio que se sigue à las dichas Ordenes , y sus Encomiendas , y queriendo que por causa de semejantes mercedes no reciban perjuicio , ni diminucion , he resuelto , que de aqui adelante perpetuamente , de la misma manera que se cobra en las vacantes , por muerte , ó promocion la dicha media annata , tercia , y mitad de frutos para las dichas Ordenes , se cobre de todas las Encomiendas de que Yo hiciere merced , y los Reyes mis sucessores , à menores de edad , à mugeres para casarse , para pagar deudas de difuntos , con años de supervivencia , en administracion con goce de frutos , ó en otra qualquier manera , que no sea dandolas en titulo à Cavalleros de la dicha Orden , capaces de recibir Colacion de ellas , no solo luego como hayan muerto los ultimos Comendadores , ó sean promovidos à otras , sino tambien otra vez quando por haverse cumplido el tiempo porque las tenian las personas que no fueron legitimos Comendadores , se dieren à Cavalleros de las dichas Ordenes , que lo sean , de manera que se cause este derecho por el goce de los frutos en qualquier forma que se tenga , como se causa en la vacante que

sucede por muerte , ó promocion de qualquiera Comendador proprietario , regulandole en las supervivencias , ó goce de frutos de tiempo limitado (segun el porque se dieren) cada diez años una media annata , tercia , ó mitad de frutos , como tocare à cada Encomienda , que es lo que naturalmente parece podrian tardar en vacar , y que siendo por menos tiempo la supervivencia , ó goce de frutos , se ratéa al mismo respecto . Y para que esto sea sin perjuicio de los interessados en el goce de frutos , ó supervivencia , y les quede libre todo el tiempo porque se les hiciere merced , el que fuere menester para satisfacer este derecho à las dichas Ordenes , se dé de mas en cada goce de frutos , ó supervivencia ; y de él se saque , y beneficie lo que importare , de la manera que se ha hecho , y hace en las vacantes de las dichas Encomiendas , que suceden por muerte , ó promocion . Y esta mi Cedula mando ansi se guarde , cumpla , y execute ; y que todas las mercedes semejantes que Yo hiciere de aqui adelante , y los Reyes mis sucessores , sean , y se entiendan hechas con esta calidad , aunque en ellas particularmente no se exprese ; y en las Cartas en que pidieremos à su Santidad las confirmie , se ponga , y especifique así en cada una siempre perpetuamente ; y de otra manera no se pueda usar , ni use dellas , ni en su virtud se pida , ni saque ningun Breve de su Santidad en confirmacion de las tales mercedes , para que la gracia , y concession lo comprehenda de la misma manera , y en ninguno de los dichos casos quede perjudicado el derecho de las dichas Ordenes , ni haya causa de dudar de que se occasionen pleytos : y de esta mi Cedula tomen la razon los Contadores de las dichas Ordenes , y la assienten en los libros de ellas , y se despachen dos duplicados de ella , para que esté en el dicho mi Consejo , y en poder de mi Secretario de las dichas Ordenes , y de mi Agente de ellas , que asistie en Roma ; y se observe , y execute lo aqui contenido inviolablemente , que así es mi voluntad ; y de este Despacho no se debe el derecho de la media annata .

Fecha en Madrid à 16. de Febrero de 1637. años. YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor. Don Francisco de Calatayud.

Concordat prout est in Bullario Sancti Jacobi de Spatha.

SCRIPTURA XXXI.

Bulla de Medijs Annatis in omni Praeceptoriarum vacatione deducendis, etiam si incapaces Praeceptorias obtinendi, eas de facto poffederint.

- Jan. 15. an. 1639.* **U**rbano Papa VIII. para perpetua memoria.
 Por quanto por parte del charifimo hijo nuestro en Christo Phelipe Rey Catholico de las Espanas, que por autoridad Apostolica es Administrador perpetuo de las Ordenes de Santiago de la Espada, y de Calatrava, y Alcantara, debajo de la Regla de San Agustin, y Cisterciense respectivamente; y por parte tambien de las dichas Ordenes se nos hizo relacion, que por sus Estatutos, y Establecimientos confirmados por autoridad Apostolica, entre las demas cosas se ordena expressamente, que todos los que por tiempo fueren proveidos de Encomiendas, Prioratos, y de qualesquiera otros Beneficios de las dichas Ordenes, en qualquier modo vacantes, excepto por resignacion por causa de permuta, estén obligados à pagar cierta parte de los frutos, rentas, y proventos de las tales Encomiendas, Prioratos, y Beneficios à los comunes Thesoros de las dichas Ordenes, aplicados para restaurar, y reparar las casas, y edificios de las dichas Ordenes, y como mas largamente se dice está contenido en las letras de Sixto IV. y Julio II. y Paulo III. Pontifices Romanos, nuestros predecesores, en que confirman los dichos Estatutos, y Establecimientos, cuyos tenores queremos ser habidos por suficientemente expressados en las presentes. Y en años passados el dicho Phelipe, y otros Reyes Catholicos sus predecesores, en virtud de facultad Apostolica à ellos alguna vez especialmente concedida, y tambien Nos, y los Pontifices Romanos nuestros predeces-

sores, à suplica, y instancia del dicho Rey Phelipe, y de otros Reyes Catholicos sus antecesores, hemos concedido algunas Encomiendas, y Prioratos, y otros Beneficios de las dichas Ordenes à personas incapaces, por su vida de ellas, ó por cierto tiempo, por via de supervivencia del Comendador del titulo, y tambien por cantidades de dinero determinadas para cobrarse por algunos años, y quizà en otros modos; y los incapaces à quien se han hecho estas concesiones, reusan pagar de los frutos, rentas, y proventos de las dichas Encomiendas, Prioratos, y Beneficios à ellos concedidos, como está dicho, las partes que se deben, conforme à los dichos Estatutos, ó Establecimientos de las dichas Ordenes. Por lo qual nos hicieron suplicar humildemente el dicho Rey Phelipe, y las dichas Ordenes, que por la benignidad Apostolica fuessemos servidos de mirar en lo susodicho como convenga por el bien de las dichas Ordenes. Nos pues, atendiendo à que no es puesto en razon, que los tales incapaces sean de mejor calidad, que los mismos Cavalleros de las dichas Ordenes, que no lo son; y queriendo hacer especiales favores, y gracias al dicho Rey Phelipe, y Cavalleros de las dichas Ordenes, y absolviendo, y dando por absueltas sus singulares personas, por el tenor de las presentes, y para alcanzar su efecto tan solamente, de qualesquier sentencias de excomunition, suspension, y entredicho, y de las demas sentencias, censuras, y penas Eclesiasticas, dadas por Derecho, ó Juez, por qualquiera ocasion, ó causa, si en algunas de qualquier manera estuvieren comprendidas, inclinados à lo que así se nos ha suplicado, por el tenor de las presentes declaramos, que todas, y qualesquier personas, de qualquier manera incapaces, y por qualesquier causas, aun multiplicadas, aunque sean niños, pupilos, y mugeres, y para ayuda de dotes, à quien hasta ahora se han concedido Encomiendas, y Prioratos, y otros qualesquier Beneficios de las dichas Ordenes en los modos susodichos, ó otros en qualquier forma, aun por la rata de

de los frutos, y pensiones, que de qualquier manera les estuvieren reservados, y reservadas sobre ellos , estén obligados à pagar las partes de los frutos, rentas , y proventos de las tales Encomiendas , Prioratos , y Beneficios, que los Caballeros capaces proveídos de las tales Encomiendas , y Prioratos , y otros Beneficios deben pagar , conforme à las dichas letras Apostolicas , y à los Estatutos , y Establecimientos de cada una de las dichas Ordenes , confirmados , como está dicho , por autoridad Apostolica ; y que à ello puedan ser apremiados , y compelidos con los remedios convenientes de Derecho , y Hecho ; y que así se haya de juzgar, y definir por qualesquier Jueces Ordinarios , y Delegados , y por los Auditores de las Causas del Palacio Apostolico , y Cardenales de la Santa Romana Iglesia , aun Legados de Latere , y por los Nuncios de la dicha Sede , y qualesquier otros, de quaquier autoridad que sean , dando por nulo , y de ningun valor lo que contra esto fuere atentado por qualquier persona , con qualquiera autoridad , à sabiendas , ó con ignorancia : no obstante qualesquier concesiones hechas à las dichas personas de las Encomiendas de las dichas Ordenes , ni las Constituciones, y Ordenanzas Apostolicas , y en quanto sea necesario los Estatutos , y costumbres , Establecimientos , usos , y naturaleza , y Ordenanzas Capitulares de las dichas Ordenes , aunque estén roborados , y roboradas con juramento, confirmacion Apostolica , ó con qualquiera otra firmeza , ni los Privilegios, Indultos , y Letras Apostolicas, en contrario , de qualquier manera concedidas , confirmadas , è innovadas à las dichas personas, y à qualquiera de ellas: todas las cuales cosas , y cada una de ellas, teniendo sus tenores por suficientemente expressados en las presentes, y quedando para lo demás en su fuerza para efecto de lo susodicho , especial , y expressamente derogamos , y qualesquier otros contrarios.

3 Dada en Roma en San Pedro sub Annulo Piscatoris à quince dias del mes de Enero del año de mil seiscientos y treinta y nueve. Decimo

sexto de nuestro Pontificado. M. A. Maraldo.

Concordat prout est in Bullario Ordinis S. Jacobi de Spatha.

SCRIPTURA XXXII.

Bulla de vacantium Preceptoriarum Redditibus, Ordinum Thesauris pro rata applicandis.

1 **A** Lexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam. Nov. 18. ans. 1661.

2 Militantis Ecclesiae regimini per ineffabilem divinæ benignitatis abundantiam , nullo licet meritorum nostrorum suffragio præpositi , ad ea, per quæ Ordinum Militarium quorumvis ad ejusdem Ecclesiae decus , & præsidium solerti pietate institutorum conservationi , & utilitati prospicitur , libenter intendimus , Pastoralisque officij nostri partes peculiare studio desuper interponimus , prout pia , providaque Orthodoxorum Regum vota posulant , & Nos personarum , & locorum qualitatibus maturè consideratis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

3 Nomine siquidem charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici , Nobis per dilectum filium nobilem virum Ludovicum de Guzman Ponce de Leon , ipsius Philippi Regis apud Nos , & Sedem Apostolicam Oratorem , nuper expositum fuit, quod per statuta, seu stabilitamenta Militiarum Sancti Jacobi de Spatha sub Regula Sancti Augustini, ac de Calatrava , & Alcantara Cisterciensis , seu alterius Ordinis, quarum dictus Philippus Rex Administrator perpetuus auctoritate Apostolica deputatus existit , cavetur expresse, ut fructus , redditus , & proventus Preceptoriarum , seu Commendarum pro tempore quovis modo vacantium , Sancti quidem Jacobi de Spatha pro rata dimidiæ annatæ , seu medietatis fructuum duorum primorum annorum , de Calatrava vero pro rata tertiae partis fructuum unius anni , ac de Alcantara Militiarum hujusmodi pro rata tertiae partis primi , & medietatis fructuum secundi annorum respectivè à die obitus,

vel ad alias Praeceptorias, seu Commendas promotionis Praeceptorum, seu Commandatariorum, Praeceptoriarum, seu Commandarum hujusmodi computandorum, in satisfactionem onerum, & obligationum praecissarum Aerarij, seu Thesauri, & Capsae communis ipsarum Militiarum respectivè convertantur, & applicentur.

4. Cum autem sicut eadem expositione subjungetur, experientia comper-tum sit, dimidias annatas, ac tertias partes, & medietates fructuum hujusmodi præfatis oneribus, & obligatiob-nibus adimplendis, necnon tuendæ Militiarum præfatarum jurisdictioni, alijsque expensis pro illarum administratione, & gubernio de necessitate sub-eundis minimè sufficere; & propterea memoratus Philippus Rex, facta sibi ea super re per dilectos filios Procuratores Generales, & Fiscales dictarum Militiarum instantia, Aerarijs, seu Thesauris, & Capsis communibus earundem Militiarum integros fructus, redditus, & proventus quarumcumque Praeceptoriarum, seu Commandarum Militiarum hujusmodi, tam nunc vacantium, nec cuiquam haetenus ab ipso Philippo Rege concessarum, quam deinceps quandocumque quovis modo vacaturarum, à die illarum vacationis, donec de illis provisi ipsarum Praeceptoriarum, seu Commandarum titulos consequantur, & possessionem apprehendant, à Nobis applicare plurimum desideret, hac tamen lege, ut dictæ Praeceptoriarum, seu Commandarum vacantes, illarumque fructus, interea eodem modo administrarentur, quo supradictæ dimidiæ annatae, ac tertiae partes, & medietates fructuum administrari consueverunt; cumque applicatio hujusmodi, si fiat, ad consilendum præsenti præfatarum Militiarum necessitati, peropportuna sit futura, multoque rationabilius, ac menti, & intentioni, tam claræ memoria Regum fundatorum earundem Militiarum, quam felicis recordationis Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui illarum institutiones confirmarunt, conformius videatur, fructus dictarum Praeceptoriarum, seu Commandarum pro tempore earum vacationis, in communem

utilitatem, ac tuitionem, & meliorem administrationem ipsarum Militiarum erogari, quam privatorum Praeceptorum, seu Commandatariorum, sicut haetenus factum est, cedere compendio; idcirco ipse Philippus Rex Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

5. Nos igitur, ejusdem Philippi Regis desiderio in præmissis quantum cum Domino possumus benignè annuere cipientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, universos, ac integros fructus, redditus, & proventus quarumvis Praeceptoriarum, seu Commandarum memoriarum Militiarum Sancti Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & de Alcantara nunc vacantium, nec cuiquam ab eodem Philippo Rege haetenus collactarum, seu concessarum, & deinceps perpetuis futuris temporibus, quovis modo vacaturarum à die illarum vacationis hujusmodi, donec, & quousque de illis provisi ipsarum Praeceptoriarum, seu Commandarum titulos consequuntur fuerint, & possessionem apprehenderint, decursos, & decursuros Aerarijs, seu Thesauris, & Capsis communibus earundem Militiarum respectivè ad effectum adimplendi onera, & obligations Aeriariorum, seu Thesaurorum, & Capsarum communium hujusmodi, ac tuendi jurisdictiones dictarum Militiarum, necnon consulendi necessitatibus, recteque administrationi, gubernio, & utilitati ipsarum Militiarum; ita ut quæcumque collationes, provisiones, & concessiones Praeceptoriarum, seu Commandarum hujusmodi, à prædicto Philippo Regi, ejusque successoribus earundem Militiarum Administratoribus pro tempore quandocumque faciendæ, salva, & reservata semper præsenti applicatione, factæ intelligentur, auctoritate Apostolica tenore præsentium applicamus, & appropriamus. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiti, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter obser-

servari: siveque in præmisis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & difiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Non obstantibus præmisis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Militiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrario præmisorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmisorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

7 Datum Romæ apud Sanct. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die XVIII. Novembris MDCLXI. Pontificatus nostri anno septimo. S. Ugo-linus.

Concordat prout est in Bullario Ordinis S. Jacobi de Spatha.

SCRIPTURA XXXIII.

Bulla ut Clerici Militiarum in Priores, aut Rectores assimi possint absque vacatione suorum Beneficiorum.

- Oct. 1 Clemens Papa IX. ad futuram rei memoriam.
6. an. 2 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius Velarde, Agens, & Procurator Generalis trium Ordinum Militiarum Hispanie, nempè Sancti Jacobi de Spatha, sub Regula Sancti Augustini, ac de Calatrava, & Alcantara, Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis, quod cum charissimus in Christo filius noster Carolus Hispaniarum Rex Catholicus, ut perpetuus Administrator dictorum Ordinum Militiarum auc-

toritate Apostolica deputatus, nonnullis Beneficijs Curatis, quæ presertim quoad ultimos dictos duos Ordines Militares, propter vota paupertatis, & obedientiæ à fratribus Ordinum hujusmodi emitte solita, sunt manuaria, & ad nutrum ipsius Caroli Regis amovibilia, de personis eorundem Ordinum Militiarum respectivè professis provideat, interdum contingit, ut pro conservatione disciplinæ, atque observantiae regularis aliquibus eorundem Religiosorum professorum, tamquam capacioribus, & magis exemplaribus, officia Refforum Collegiorum Universitatis Studij Generalis Salmanticensis, aliaque munera majora ad aliquod tempus committi oporteat, & ab antiquissimo tempore soliti fuerunt Reges Catholici pro tempore existentes in his casibus deputare Vicarios idoneos, ab Ordinariis approbatos, cum assignatione congruae portionis ex fructibus Beneficiorum hujusmodi, ad exercendam ibidem Curam animarum, durante Curatorum absentia, & necessitate hujusmodi, quæ ultra triennium durare non solet, quod in maximam, tam dictorum Ordinum, quam Saecularium sub Cura hujusmodi existentium utilitatem haec tenus cessit.

3 Cum autem sicut eadem expositione subiungebat, ut quieti conscientiarum dictorum Religiosorum magis consultum sit, prefatus Ignatius plurimum cupiat memorato Carolo Regi, quatenus opus sit, à Nobis indulgeri, ut eorundem Religiosorum Curatorum opera, sicut præmititur, deinceps uti posset, attenta necessitate, atque utilitate evidenti eiisdem Ordinibus Militari bus inde proventura; Nos ipsum Ignatium specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum seriè absolverites, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostro-

rum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinallum, Concilij Tridentini Interpretum consilio, eidem Carolo Regi indultum hujusmodi, non tamen ultra triennium proximum duraturum, & dummodo durante ex causis præmisis tempore absentiaæ eorum, quibus Cura animarum incumbit, deputentur in eorundem Ecclesijs Parochialibus pro ejusdem Curæ, & Sacramentorum administratione idonei Vicarij, ab Ordinarijs locorum respectivè approbat, seu approbandi, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus; salva tamen semper in præmisis auctoritate Congregationis eorundem Cardinallum.

4 Decernentes ipsas præsentes litteras, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, sique in præmisis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatijs Apostolici Auditores judicari, & definire debere, ac irritum, & inane quidquid secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

5 Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quatenus opus sit Ecclesiarum, & Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmisorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmisorum effectum hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

6 Datum Romæ apud Sanct. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die VI. Octobris MDCLXVIII. Pontificatus nostri anno secundo. J.G.Husius.

Concordat prout est in Bullario Ordinis Sancti Jacobi de Spatha.

SCRIPTURA XXXIV.

Bulla ad supprimendas Ordinum Caſtellanias, & earum redditus (pro salarijs videlicet designatos) Ecclesijs applicandos.

1 A Nuestro muy amado en Christo hijo Don Carlos Rey Católico de las Espanas. Jun. 12. an. 1688.

2 Innocencio Papa XI. Muy amado en Christo hijo nuestro, salud, y bendicion Apostolica. Poco ha que por el amado hijo noble varon Luis de la Cerda y Aragon, Marquès de Cogolludo, tu Embaxador à Nos, y à la Sede Apostolica, se nos ha hecho relacion, de que haviendote los amados hijos del tu Consejo de las Ordenes hecho representacion, de que se podian suprimir los oficios de los Gobernadores de las Fortalezas de dichas Ordenes, que llaman Alcaides, por ser al presente inutiles, y que los salarios que se pagan à dichos Gobernadores se gastassen en cosas mas necessarias; es à saber, en adornos, y reparos de las Iglesias de dichas Ordenes, tú has condescendido à su propuesto, y has hecho, ó mandado hacer la supresion de dichos oficios; pero con tal que la dicha supresion no surta su efecto, si no es despues de la muerte de los que ahora estan gozando dichos oficios, y de los que han obtenido, se les conceda la futura successión de ellos; pero porque se puede dudar si tu mandato, ó decreto de dicha supresion podrá surtir su debido efecto sin aprobacion de esta Santa Sede, por tanto has hecho; que por medio de dicho Luis, Marquès, tu Embaxador, se nos suplique, que por la benignidad Apostolica nos dignassemos de proveer convenientemente à cerca de lo arriba referido, y hacer la gracia que abajo se dirá.

3 Nos queriendo en esto condescender quanto podemos en el Señor con los deseos de tu Magestad, inclinados à dichas súplicas, por la autoridad Apostolica, confirmamos el dicho man-

mandato , ò decreto de tu Magestad, y aprobamos la supresion de los sobre-dichos oficios , para el efecto de que los salarios que se pagan à los Gobernadores de dichas Fortalezas , se puedan gastar en cosas mas necessarias ; es à saber , en ornamentos , y reparos de dichas Iglesias de las Ordenes , en el modo que arriba se ha dicho ; y en quanto sea necesario , por la dicha nuestra autoridad Apostolica damos , y concedemos à tu dicha Magestad plena , y amplia facultad de hacer por la dicha nuestra autoridad la supresion de dichos oficios para el efecto referido , no obstante las cosas arriba dichas , las constituciones , y ordenaciones Apostolicas; y assimismo los estatutos , y costumbres , establecimientos , usos , y naturalezas de las sobredichas Ordenes , aunque se ayan roborado con juramento , ò confirmacion Apostolica , ò otra qualquier firmeza ; y sin embargo tambien de los Privilegios , Indultos , y Letras Apostolicas , que en contra de las cosas arriba mencionadas , en qualquiera modo , fuerte , y manera se hayan concedido , confirmado , ò innovado . A todas , y à cada una de las quales cosas , teniendo sus tenores por plena , y suficientemente expressados , y *de verbo ad verbum* insertos en las presentes , quedando para lo demás en su fuerza y vigor , por esta sola vez , y para el efecto de las presentes , especial y expressamente las derogamos , y todo lo demás en contrario .

4 Dado en Roma en Santa Maria la Mayor , debajo del Anillo del Pescador , à 12. dias del mes de Junio de 1688. y de nuestro Pontificado año duodecimo . J. F. Albano . Lugar  del Anillo del Pescador .

Concordat prout est in Bullario Ordinis S. Jacobi de Spatha.



SCRIPTURA XXXV.

Bulla ut probationes qualitatum Militum ad habitum de Natione Hiberna admittendorum , fieri possint Matriti , prout Regi Administratori , & ejus Ordinum Consilio visum fuerit.

1 **C**harissimo in Christo filio Carolo Hispaniarum Regi Catholic 12.an. 1688.

2 Innocentius Papa XI. Charissime in Christo fili noster , salutem , & Apostolicam benedictionem . Majestatis tuae nomine Nobis per dilectum filium nobilem virum Ludovicum de la Cerda y Aragon , Marchionem de Cogolludo , tuum apud Nos , & Sedem Apostolicam Oratorem , nuper expositum fuit , quod intuitu meritorum , quaë Natio Hiberna sibi in servitio tuo adquisivit , & propter incommoditatem , & magnam difficultatem , quam admittendi de Natione hujusmodi ad Habitum aliquujus trium Ordinum Militarium Hispaniarum , nempè Sancti Jacobi de Spatha , de Alcantara , & Calatrava , in faciendis suarum qualitatum ad id requisitarum probationibus habent , tu , qui dictorum Ordinum Administrator perpetuus auctoritate Apostolica deputatus existis , cum deliberatione dilectorum filiorum Consilij tui Ordinum hujusmodi desuper habita , decrevisti Nobis supplicandum , quatenus Nos , ijs , qui de dicta Natione Habitum aliquujus dictorum Ordinum deinceps honorarentur , ut probationes suarum qualitatum hujusmodi in Oppido Matriti , Toletanae Dioecesis , communis Ordinum prædictorum Patria facere possent , concedere dignaremur .

3 Nos igitur Majestatis tuae votis in præmissis , quantum cum Deo possumus , favorabiliter annuere volentes , ac supplicationibus ejusdem Majestatis tuae nomine per dictum Marchionem Oratorem tuum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , eidem Majestati tuae , ut deinceps Habitum aliquujus Ordinum prædictorum de dicta Natione honorandi , probationes suarum qualitatum ad id requisitarum in dicto Oppido Matriti facere , liberè , & licite ,

ac validè possint, & valeant, ita ut probationes hujusmodi sic factæ , illis in omnibus , & per omnia suffragentur, perinde ac si illæ in cuiusque eorum Patria, & alias juxta anteriora statuta, seu stabilimenta, & ordinations Capitulares eorundem Ordinum, jam dum auctoritate Apostolica confirmata, factæ fuissent, cum consilio tuo Ordinum hujusmodi auctoritate Apostolica perpetuò statuendi, plenam, & ampliam facultatem, eadem auctoritate, tenore præsentium tribuimus, & impartimur.

4 Non obstantibus præmissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , necnon dictorum Ordinum Militiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica , vel quavis alia firmitate roboratis, statutis , & consuetudinibus , stabilimentis , usibus, & naturis , privilegijs quoque, indultis , & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis , & innovatis. Quibus omnibus & singulis , illorum tenores præsentibus pro plenè , & sufficienter expressis , & de verbo ad verbum insertis habentes , illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter , & expresse derogamus , ceterisque contrarijs quibuscumque.

5 Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris , die XII. Julij MDCLXXXVIII. Pontificatus nostri anno duodecimo. J. F. Albanus.

Concordat prout est in Bullario Ordinis S. Jacobi de Spatha.

SCRIPTURA XXXVI.

Bulla ad concordandas lites , & controversias inter Prælatos Ecclesiasticos, & Ordines Militares. Vide Scripturas 17. 38. & 43.

Mart. 1 29.an. 1693. **C**harissimo in Christo filio nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico. Innocentius Papa XII. Charissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Dudum à felicis recordationis

Gregorio Papa XIII. prædecessore nostro emanarunt litteræ simili forma Brevis claræ memorie Philippo II. Pro-Avoto Hispaniarum Rege Catholico directæ, tenoris qui sequitur: Videlicet, à tergo: Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico : intus vero : Charissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

3 Controversijs , & litibus olim in Romana Curia , & extra eam coram diversibus Judicibus Ordinariis, & Delegatis inter Archiepiscopos Toletanum , & Hispalensem , ac Episcopos Conchensem, Cordubensem, Cauriensem , Abulensem , Pacensem, Gadicensem , & Oxomensem , eorumque Capitula , & nonnullos alias Ecclesiarum Prælatos , & personas Ecclesiasticas Regnum Hispaniæ , ac Piores , Milites , & alios fratres Militia Sancti Jacobi de Spatha , sub Regula Sancti Augustini , eorumque Conventus , super jure decimandi , seu præstatione, & solutione quarundam Decimarum , tam novalium , quam pecorum & armeniorum , rebusque alijs in actis causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione pendentibus , alijs item ut formidabatur orituris , ut illæ omnes amicabili concordia terminarentur , felicis recordationis Clemens Papa VII. hortatu claræ memorie Caroli V. Romanorum Imperatoris Hispaniarum Regis , & dictæ Militia perpetui Administratori per Sedem Apostolicam deputati , genitoris tui per suas litteras in forma Brevis confectas , eidem Carolo Imperatori Regi , & Administratori facultatem , & auctoritatem tribuit componendi , & concordandi lites , differentias , & controversias hujusmodi , seque inter partes prædictas interponendi ; id ipsumque posse à pīx memorie Paulus Papa III. per alias suas similes litteras illi commisit , causas universas , & singulas prædictas , ubicumque , & quomodocumque pendentes, in eodem statu , quo pendebant , ad summum beneplacitum , facta Judicibus , & Collitigantibus hujusmodi legitima intimatione , suspendendo , & ne durante hujusmodi beneplacito suo in causis prædictis quidquam innovaretur,

in-

inhibendo, decernens partes ipsas ad observandum quidquid per illum concordatum, aut amicabiliter compositum foret omnino teneri, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et subsequenter ad tollendum dubium, an sub illis verbis generalibus, & alios Prælatos, & personas Ecclesiasticas, cæteri Archiepiscopi, & Episcopi Regionum prædictorum comprehendenterunt, ipse Paulus prædecessor per alias suas litteras causas prædictas, non solum inter Toletanum, & Hispalensem Archiepiscopos, ac Cordubensem, Conchensem, Cauriensem, Abulensem, Pacensem, Gadicensem, & Oxomensem Episcopos, illorumque Capitula hujusmodi in dictis litteris, ut præfertur, specialiter nominatos, sed etiam Granatensem, Compostellanum, & Valentimum Archiepiscopos, neenon Pacensem, Burgensem, Carthaginem, Giennensem, Malacitanum, Civitatensem, Salmantinum, Zamorem, Seguntinum, Legionensem, Segoviensem, Alvaracinensem, Calagurritanum, & Pampilonensem Episcopos, eorumque Capitula, & quacumque personas Ecclesiasticas in dictis Regnis consistentes, ac ipsos Priores, Præceptores, Milites, & fratres, eorumque Conventus, tam super Decimis, & alijs rebus prædictis in ipsis litteris expressis, quam etiam super jurisdictione, neenon jure Patronatus, seu præsentandi personas idoneas dictæ Militiae ad Vicarias, Præceptorias, & alia Beneficia Ecclesiastica ejusdem Militiae, illaque administandi, regendi, gubernandi, & visitandi, tam in dicta Curia, quam extra eam, coram quibuscumque Iudicibus Ordinarijs, & Delegatis, etiam Causarum Palatij Apostoli Auditoribus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in quavis instantia quomodolibet pendentes, dicto suo beneplacito durante suspendit, illasque eidem Carolo Imperatori per eum componendas, & concordandas; ita quod in illis in omnibus, & per omnia juxta tenorem primodictarum suarum litterarum procedere liberè, & licetè valeret, perinde ac si in ipsis

litteris singuli Archiepiscopi, Episcopi, Capitula, & alia personæ prædictæ specialiter nominatae fuissent, de novo concessit, ac commissit. Sed ipso Carolo Imperatore, ac Rege, his vix cooptis, aut imperfectis relictis, de medio sublato, cum per similis memorie Pium Papam IV. prædecessorem nostrum accepto, quod Piores, Milites, fratres, & Clerici dictæ Militiae juxta privilegia eis à diversis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis concessa, neenon ipsius Militiae consuetudines, usus, & stabilimenta ab immemorabili tempore ab eis observata, integras Decimas, tam personales, & mixtas, quam etiam prædiales intra terminos dictæ Militiae, extra vero personales, & mixtas, neenon prædiales novalium prædiorum suorum, proprijs manibus, vel sumpibus cultorum exigere, & habere potuerint, & eatenus exegissent, in quibuscumque, & quorumcumque Prælatorum Provincijs, Dioecesisibus, seu districtibus, ubi eosdem Milites, ac fratres, etiam laicos habitare, vel domicilia habere, aut prædictos fructus, ex quibus easdem solvere tenentur, acquirere, colligere, nutrire, depasci, levare, & percipere contingeret. Ipse Pius prædecessor animadvertens conducibile fore, ut hoc quoque negotium universum via compositionis, & concordiae hujusmodi terminaretur, & propterea volens non solum prædictas, sed etiam majores, quæ inter supradictos ortæ, & suscitatae fuerant, & denuò nasci, oriri, & suscitari poterant lites, quæstiones, & differentias amputare, interim vero partes ipsas in possessionibus, in quibus erant, manuteneri, & defendi, nihilque innovari debere, motu proprio, certa scientia, & deliberatione suis, omnes, & quacumque lites, causas, controversias, quæstiones, & differentias, tam motas, quam quæ moveri poterant in futurum ad se advocabit, & illas, decisionemque, & terminationem ipsarum suspendit, & tibi per te componendas, & concordandas; ita quod in illis juxta prædictarum Pauli prædecessoris litterarum continentian, & tenorem, ac si illæ tibi direxte, & præsentatae fuissent, in omnibus, & per omnia ad suum, &

Rrrr

Sc-

Sedis Apostolicæ beneplacitum agere, & procedere liberè, & licet valeres, commisit, & remisit, plenamque, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem tibi concessit, prout in suis in eadem forma Brevis confectis, & singulis alijs aliorum prædecessorum prædictorum litteris pleniùs continetur. Cum autem, sicut accepimus, negotio prædicto à te suscepto, ita effectum sit, ut inter multos prædictorum pax, & tranquillitas, diligentia, & industria tuis sit secuta, cumque etiam similes, & aliae diversæ lites, & quæstiones inter eosdem, & alios Archiepiscopos, & Episcopos, eorumque Capitula, necnon Prælatos, & personas Ecclesiasticas, tam Seculares, quam Regulares ex una, & dilectos filios Magistros, Priores, Præceptores, Milites, & alios fratres Militiarum de Calatrava, & Alcantara, Cisterciensis Ordinis, eorumque Conventus partibus ex altera, super solutione Decimarum, tam novalium, quam pecorum, & armentorum, necnon jure Patronatus, administratione, ceterisque juribus, & jurisdictionibus supradictis, rebusque alijs in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione, tam in dicta Curia, quam extra eam motæ jam sint, & in futurum oriri formidentur. Nos cupientes has quoque lites, quæstiones, & differentias eadem opera, & industria tuis componi, atque concordari, earum status, & merita, ac Judicium, & Collitigantium nomina, & cognomina, ceteraque de necessitate exprimenda præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, omnes & quascumque lites, causas, quæstiones, & differentias, tam motas, quam quæ moveri poterint in futurum, inter has posteriores partes ad nos avocamus, & illas, illarumque decisionem & terminationem ad nostrum, & dictæ Sedis beneplacitum, ita tamen quod interim partes ipsæ in possessione in qua existunt, manuteneri, & defendi debeant, nihilque immutari queat, factaque Judicibus, & Collitigibus hujusmodi legitima intimatione, præsentium auctoritate suspendimus, easque universas, & singulas tibi per te concordandas, & compo-

nendas; ita quod nostro, & Sedis hujusmodi beneplacito durante, tu in illis pro hujusmodi concordia, & amicabili compositione te interponere, agere, & procedere liberè & licet valeas, committimus, & remittimus, ac plenam & liberam licentiam, & facultatem, ac auctoritatem concedimus. Decernentes partes ipsas ad observandum ea omnia, quæ in præmissis per Majestatem tuam concordata amicabiliter, composita, & terminata fuerint, omnino teneri, & ad id efficaciter obligatos fore, nec ab illis ullo unquam tempore resiliiri posse, necnon irritum, & inane quidquid secus super his à quocquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, quæ in singulis litteris præfatis concessum est non obstat, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die XX. Octobris MDLXXXIV. Pontificatus nostri anno decimotertio. Cæsar Glorierius.

4 Cum autem sicut Majestatis tuae nomine dilectus filius nobilis vir modernus Dux de Medina Coeli, ejusdem Majestatis tuae apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, Nobis nuper exponi fecit, tu facultatibus eidem Philippo Regi, ut præfertur, concessis, ad effectum componendi lites, & controversias, quæ inter personas in prænsertis litteris expressas, super rebus ibidem contentis p̄ētēpē oriri solent, parvissime uti posse plurimum desideres. Nos Majestatis tuae votis hac in re quantum Nobis ex alto conceditur, favorabiliter annuere cupientes, supplicationibus tuo nomine Nobis per præfatum Ducem super hoc humiliter porrectis inclinati, ac litium, & controversiarum hujusmodi status, & merita, nominaque & cognomina, ac qualitate Judicium & Collitigantium, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuam mentionem & expressionem requirentia, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis & specificatis habentes, de venerabilium fratribus nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum concilio, eidem Majestati tuae omnes & singulas facultates, me-

mo-

morato Philippo Regi , sicut præmittitur , concessas , & attributas , ita ut tu illis ad effectum componendi lites , & controversias prædictas , tam de præsenti exortas , quam quæ imposterum forsæn exoriri possent , uti , servata tamen in omnibus & per omnia earundem litterarum forma , & dispositione liberè & licite possis , & valeas , ad nostrum , & dictæ Sedis beneplacitum auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus , & impartimur ; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium . Non obstantibus litium pendentijs , alijsque præmissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , necnon omnibus & singulis illis , quæ in litteris præinsertis concessa sunt non obstat , ceterisque contrarijs quibuscumque .

5 Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem , sub Annulo Piscatoris , die XXVIII. Martij MDCXCIII. Pontificatus nostri anno secundo . J. F. Cardinalis Albanus .

Concordat cum Originali in Secretaria Regalis Consilij Ordinum reperto.

SCRIPTURA XXXVII.

Regium Decretum super Causis criminalibus Equitum trium Militiarum , & observantia Apostolicarum litterarum , de quibus suprà Script.

20.fol.652.

E L R E Y.

Maij 1 **P**OR quanto haviendose dudado de si las Justicias Seculares 12.an. 1707. Ordinarias podian conocer de las Causas criminales , y mixtas de los Caballeros Militares de Santiago , Calatrava , y Alcantara , cuya Administracion perpetua tengo por autoridad Apostolica , y especialmente en las del delito de lesa Magestad ; o si su conocimiento tocaba à el Consejo de las Ordenes , y Junta de Comisiones , erigido y formado por mi como tal Administrador perpetuo ; considerando con la entera reflexion y madurez , que merece materia de tanta gravedad , declaré en Decreto de cinco de Di-

ciembre del año proximo passado , era innegable la incapacidad de los Jueces Seculares para conocer de Causas criminales , y mixtas de Caballeros de las Ordenes , y poder ser castigados solo por sus Jueces de Orden , dando la providencia , que por entonces tuve por conveniente , para que en esta forma se juzgassen , y sentenciassen las referidas Causas . Y ahora por otro mi Real Decreto de veinte y dos de Abril proximo passado de este año , he resuelto , que de todas las Causas criminales , y mixtas de los Caballeros de las Ordenes , por graves que sean , se conozca en mi Consejo de las Ordenes por los Ministros que le componen , aunque no sean profesos , con intervencion de dos Ancianos , segun Dios y Orden ; y que de sus sentencias se pueda apelar à la Junta de Comisiones , que tengo formada , y formare en adelante , con suplicacion de las que en ella se dieren para ante mi Real Persona , à fin de determinarlas en este grado con las personas que eligiere , conformandome con los Breves de Clemente VIII. y Paulo V. los cuales quiero , que en todo se ejecuten , sin perjudicar por esto à la suplicacion interpuesta por mi Fiscal del Consejo de Castilla , ni al estado de ella , y à mi suprema potestad , y autoridad Real . Por tanto mando à el referido mi Consejo de Castilla , Alcaldes de mi Casa , y Corte , y demás Tribunales , y Jueces dentro , y fuera de ella , y à todos los Virreyes , Capitanes Generales , Gobernadores de Plazas , Alcaydes , y Castellanos de Castillos , y à todas las demás personas de cualquier estado , y calidad que sean , debajo de cuya mano , y jurisdiccion estuvieren procesados , presos , ó detenidos qualesquiera Cavallero , ó Caballeros de las Ordenes de Santiago , Calatrava , y Alcantara , los remitan con sus Causas à mi Consejo de las Ordenes , para que por él se dé curso à las que estuvieren pendientes , y à las que en adelante se causaren , en conformidad de esta mi resolucion , y de lo prevenido en los dichos Breves . Y para mayor claridad , è inteligencia , y que no se ofrezcan embarazos , ni competencias , que atras-

Rrrr 2.

sen₂

sen, ni perturben la justa, precisa, y debida jurisdiccion, que debe tener mi Consejo de las Ordenes sobre los Cavalleros de ellas; es mi voluntad se guarde, y cumpla assimismo lo prevenido por las Reales Cedula, y Decretos despachados por los Señores Reyes mis predecessores en diez y nueve de Enero de mil seiscientos y nueve, veinte y siete de Mayo de mil seiscientos y quarenta y cuatro, y veinte y siete de Mayo de mil seiscientos y ochenta y tres, que tratan de esta materia. Y inhibo, y doy por inhibidos à todos los Tribunales, Jueces, y Justicias, y demás personas que van expressados, para que no se entromentan à conocer en las Causas que estuvieren pendientes, ni en las que adelante se causaren de los dichos Cavalleros de las Ordenes, por graves que sean; porque todas las que huiiere pendientes, han de passar en el estado que estuvieren con las personas al dicho mi Consejo de las Ordenes (ò se han de mantener en las prisiones, segun las que por él se les dieren) para que las sentencie, y determine; y las que se causaren en adelante, se han de actuar, sentenciar, y determinar por el dicho mi Consejo, sin embargo de lo que en contrario de esto pueda haver por Leyes, Pragmaticas, Cedula, Provisiones, estilo, y costumbre, y otra qualquiera cosa, que en contrario de ello haya havido, y haver pueda, por convenir assi à mi servicio, al bien, y quietud de mis Vassallos, à la mas prompta expedicion de las Causas pendientes, y à evitar los perjuicios, y embarazos, que podrian seguirse en adelante en las que se ofreciesen. De Buen-Retiro à doce de Mayo de mil setecientos y siete. YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor. Don Diego de Morales Velasco.

Concordat cum Originali in Secretaria Regalis Ordinum Consilij reperto.

NOTA. El Señor Rey Don Fernando VI. de este nombre mandó observar esta referida Cedula de 12. de Mayo de 1707. sobre el fuero de los Cavalleros Militares, en su resolucion de 27. de Febrero de 1747.

SCRIPTURA XXXVIII.

Bulla Philippo V. concessa ad concordandas lites & controversias ortas, & que in futurum oriri poterunt inter Prælatos Ecclesiasticos, & Ordines Militares. Vide Scripturas 17. 21. & 43.

1 **C**harissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico. Clemens Papa XI. Jul. 17. an. 1716.

2 Charissime in Christo fili nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum à felicis recordationis Gregorio Papa XIII. prædecessore nostro emanarunt litteræ in simili forma Brevis claræ memorie Philippo II. Hispaniarum Rege Catholico directæ, tenoris qui sequitur. Videlicet: à tergo. Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico: Intus verò. Charissime in Christo fili nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem.

3 Controversijs & litibus olim in Romana Curia, & extra eam coram diversis Judicibus Ordinarijs, & Delegatis inter Archiepiscopos Toletanum, & Hispalensem, ac Episcopos Conchensem, Cordubensem, Cauriensem, Abulensem, Pacensem, Gadicensem, & Oxomensem, eorumque Capitula, & nonnullos alios Ecclesiasticos Regnum Hispaniæ, ac Priores, Milites, & alios fratres Militiae Sancti Jacobi de Spatha sub Regula Sancti Augustini, eorumque Conventus super jure decimandi, seu præstatione, & solutione quarundam Decimarum, tam novalium, quam pecorum & armentorum, rebusque alijs in actis causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione pendentibus, alijs item ut formidabatur orituris, ut illæ omnes amicabili concordia terminarentur, felicis recordationis Clemens Papa VII. hortatu claræ memorie Caroli V. Romanorum Imperatoris Hispaniarum Regis, & dictæ Militiae perpetui Administratori per Sedem Apostolicam deputati, genitoris tui, per suas litteras in forma Brevis confectas, eidem Carolo Imperatori Regi, & Administratori facultatem &

auc-

au^roritatem tribuit componendi , & concordandi lites , differentias , & controversias hujusmodi , seque inter partes prædictas interponendi ; id ipsumque posteà piæ memoriæ Paulus Papa III. per alias suas similes litteras illi commisit causas universas & singulas prædictas , ubicumque , & quomodocumque pendentes , in eodem statu , quo pendebat , ad suum beneplacitum , facta Judicibus , & Collitigantibus hujusmodi legitima intimatione , suspendendo , & ne durante hujusmodi beneplacito suo in causis prædictis quidquam innovaretur inhibendo , decernens partes ipsas ad observandum quidquid per illum concordatum , aut amicabiliter compositum foret , omnino teneri , ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam , quavis au^roritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Et subsequenter ad tollendum dubium , an sub illis verbis generalibus , & alios Pralatos , & personas Ecclesiasticas , cæteri Archiepiscopi , & Episcopi Regnorum prædicatorum comprehendenderentur ; ipse Paulus prædecessor per alias suas litteras causas prædictas , non solum inter Tolitanum , & Hispalensem Archiepiscopos , ac Cordubensem , Conchensem , Cauriensem , Abulensem , Pacensem , Gadicensem , & Oxomensem Episcopos , illorumque Capitula hujusmodi in dictis litteris , ut præfertur , specialiter nominatos , sed etiam Granatensem , Compostellanum , & Valentinum Archiepiscopos , necnon Pacensem , Burgensem , Carthaginem , Gienensem , Malacitanum , Civitatensem , Salmantinum , Zamorensem , Seguntinum , Legionensem , Segoviensem , Albarracensem , Calagurritanum , & Pampilonensem Episcopos , eorumque Capitula , & quascumque personas Ecclesiasticas in dictis Regnis consistentes , ac ipsos Piores , Præceptores , Milites , & fratres , eorumque Conventus , tām super Decimis , & alijs rebus prædictis in ipsis litteris expressis , quām etiam super jurisdictione , necnon jure Patronatus , seu præsentandi personas idoneas dictæ Militiæ ad Vicarias , Præceptorias , & alia Beneficia Ecclesiastica ejusdem Militiæ , illaque administran-

di , regendi , gubernandi , & visitandi , tām in dicta Curia , quām extra eam , coram quibuscumque Judicibus Ordinarijs , & Delegatis , etiam Causarum Palatiij Apostolici Auditoribus , ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus , in quavis instantia quomodolibet pendentes , dicto suo beneplacito durante suspendit , illasque eidem Carolo Imperatori per eum componendas , & concordandas ; ita quod in illis , in omnibus & per omnia , juxta tenorem primodictarum suarum litterarum procedere liberè & licetè valeret , perindè ac si in ipsis litteris singuli Archiepiscopi , Episcopi , Capitula , & aliae personæ prædictæ specialiter nominatae fuissent , de novo concessit , ac commissit . Sed ipso Carolo Imperatore ac Rege , his vix coeptis , aut in perfectis relictis , de medio sublato , cūm per similis memoriae Pium Papam IV. prædecessorem nostrum accepto , quod Piores , Milites , fratres , & Clerici dictæ Militiæ , juxta privilegia eis à diversis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis concessa , necnon ipsius Militiæ consuetudines , usus , & stabilimenta ab immemorabili tempore ab eis observata , integras Decimas , tām personales & mixtas , quām etiam prædiales intra terminos dictæ Militiæ , extrā verò personales & mixtas , necnon prædiales novalium præriorum suorum proprijs manibus , vel sumptibus cultorum exigere , & habere potuissent , & eatenus exegissent , in quibuscumque , & quorumcumque Prelatorum Provincijs , Diœcesisibus , seu districtibus , ubi eosdem Milites , & fratres , etiam laicos habitare , vel domicilia habere , aut prædictos fructus ex quibus easdem solvere tenentur , acquirere , colligere , nutritre , depasci , levare , & percipere contigeret . Ipse Pius prædecessor animadvertens conducibile fore , ut hoc quoque negotium universum via compositionis & concordia hujusmodi terminaretur ; & propterea volens , non solum prædictas , sed etiam majores , quæ inter supradictos ortæ , & suscitatae fuerant , & denuò nasci , oriri , & suscitari poterant lites , quæstiones , & differentias amputare , interim verò partes ipsas in possessionibus , in quibus

bus erant , manuteneri , & defendi , nihilque innovare debere , motu proprio , certaque scientia , & deliberatione suis , omnes & quascumque lites , causas , controversias , quæstiones , & differentias , tām motas , quām quæ moveri poterant in futurum ad se advocavit , & illas , decisionemque , & terminationem ipsarum suspendit , & tibi per te componendas , & concordandas ; ita quod in illis juxta prædictarum Pauli prædecessoris litterarum continentiam & tenorem , ac si ille tibi directæ & præsentatæ fuissent , in omnibus , & per omnia ad suum , & Sedis Apostolicae beneplacitum agere , & procedere liberè & licetè valeres , commisit , & remisit , plenamque , & liberam licentiam , facultatem & auctoritatem tibi concessit , prout in suis in eadem forma Brevis confectis , & singulis alijs aliorum prædecessorum prædictorum litteris pleniū continetur . Cū autem , sicut accepimus , negotio prædicto à te suscepto , ita effectum sit , ut inter multos prædictorum pax & tranquillitas , diligentia & industria tuis sit subsecuta , cūmque etiam similes , & aliae diversæ lites & quæstiones inter eosdem , ac alios Archiepiscopos , & Episcopos , eorumque Capitula , necnon Prælatos , & personas Ecclesiasticas , tām Sæculares , quām Regulares ex una , & dilectos filios Magistros , Priors , Praeceptores , Milites , & alios fratres Militiarum de Calatrava , & Alcantara Cisterciensis Ordinis , eorumque Conventus partibus ex altera , super solutione Decimorum , tām novalium , quām pecorum & armentorum , necnon jure Patronatus , administratione , cæterisque juribus , & jurisdictionibus supradictis , rebusque alijs in actis causæ , & causarum hujusmodi latiū deductis , & illorum occasione , tām in dicta Curia , quām extra eam motæ jam sint , & in futurum oriri formidentur : Nos cuientes has quoque lites , quæstiones & differentias , eadem opera & industria tuis componi , atque concordari , earum status , & merita , ac Judicium , & Colligantium nomina & cognomina , cæteraque de necessitate exprimenda , præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes , omnes , & quascum-

que lites , causas , quæstiones & differentias , tām motas , quām quæ moveri poterunt in futurum inter has posteriores partes ad Nos avocamus , & illas , illarumque decisionem & terminacionem ad nostrum , & dictæ Sedis beneplacitum ; ita tamen , quod interim partes ipsæ in possessione , in qua existunt , manuteneri & defendi debeant , nihilque immutari queat , factaque Judicibus & Colligantibus hujusmodi legitima intimatione , præsentium auctoritate suspendimus , easque universas & singulas tibi per te concordandas & componendas ; ita quod nostro , & Sedis hujusmodi beneplacito durante , tu in illis pro hujusmodi concordia , & amicabili compositione te interponere , agere , & procedere liberè & licetè valeas , committimus , & remittimus , ac plenam , & liberam licentiam , & facultatem , ac auctoritatem concedimus . Decernentes partes ipsas ad observandum ea omnia , quæ in præmissis per Majestatem tuam concordata amicabiliter , composita & terminata fuerint , omnino teneri , & ad id efficaciter obligatos fore , nec ab illis ullo unquam tempore resiliiri posse , necnon irritum & inane quidquid secùs super his à quoquam , quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Non obstantibus omnibus , quæ in singulis litteris præfatis concessum est non obstat , cæterisque contrarijs quibuscumque . Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris , die XX. Octobris MDLXXXIV . Pontificatus nostri anno decimotertio . Cæsar Glorierius . *Locus ✠ Annuli Piscatoris.*

4 Et subinde pro parte claræ pariter memoriae Caroli II. earundem Hispaniarum Regis Catholici , piæ memorie Innocentio PP. XII. itidem prædecessori nostro exposito , quod ipse facultatibus eidem Philippo Regi , ut præfertur , concessis , ad effectum componendi lites & controversias , quæ inter personas in præinsertis litteris perspè oriri solebant , pariformiter uti posse plurimùm desiderabat : Idem Innocentius prædecessor eidem Carolo Regi omnes & singulas facultates memorato Philippo Regi , sicut præfertur , concessas , & attributas ; ita ut idem Ca-

Carolus Rex ad effectum componendi lites & controversias prædictas , tām tunc ortas , quām quæ imposterūm forsān exoriri poscent , uti liberē & licite posset , & valeret , sub certis modo & forma tunc exp̄ressis , auctoritate Apostolica concessit , & impertitus fuit , & alias prout in ejusdem Innocentij prædecessoris desuper in simili forma Brevis die XXIX. Mart. MDCXCIII. expeditis litteris , quarum tenorem præsentibus pro plenē & sufficienter expressis haberi volumus , uberiūs continetur.

5 Cū autem sicut Majestatis tuæ nomine Nobis nuper expositum fuit , tu , qui Sancti Jacobi de Spatha , de Calatrava , de Alcantara , & Beatæ Mariæ de Montesia respective Militiarum Administrator perpetuus dicta auctoritate deputatus exiit , facultatem componendi extrajudicialiter quascumque lites inter fratres Militiarum hujusmodi ex una , ac Episcopos , Capitula , aliasque Ecclesiasticas personas ex altera partibus , ortas , & pendentes , ac in futurum exorituras , juxta indultum prædicto Carolo Regi à prædicto Innocentio prædecessore concessum , ut præfertur , tibi à Nobis pariter concedi plurimum desideres . Nos Majestatis tuæ votis hac in re quantum Nobis ex alto conceditur , favorabiliter annuere cupientes , supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , ac litum & controversiarum hujusmodi status , & merita , nominaque & cognomina , & qualitates Judicium & Colligantium , & alia quæcumque , etiam specificam & individuam mentionem & expressionem requirentia , præsentibus pro plenē & sufficienter expressis , & specificatis habentes , de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium , Concilij Tridentini Interpretum consilio , eidem Majestatati tuæ omnes & singulas facultates memoratis Philippo , & Carolo Regibus , sicut præmittitur , concessas , & attributas , ita ut tu illis ad effectum componendi easdem controversias & lites , tām nunc ortas & pendentes , quām in futurum exorituras , pariformiter uti , servata tamen in omnibus & per omnia earum-

dem litterarum forma & dispositione , liberē , pariter & licite possis , & valeas , ad nostrum , & dictæ Sedis beneplacitum , auctoritate nostra Apostolica tenore præsentium concedimus , & impertimus ; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium . Non obstantibus litum pendentis , alijsque præmissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , necnon omnibus & singulis illis , quæ tām in præinsertis Gregorij , quām in alijs Innocentij prædecessorum litteris concessa sunt non obstat , cæterisque contra ijs quibuscumque .

6 Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem , sub Annulo Piscatoris , die XVII. Julij MDCCXVI. Pontificatus nostri anno decimosexto. F. Cardinalis Oliverius.

Concordat cum Originali in Secretaria Regalis Consilij Ordinum reperto.

SCRIPTURĀ XXXIX.

Real Resolucion , para que los Interessados , y Poseedores de las Rentas , y Diezmos de la Iglesia de Fuente de Cantos en la Orden de Santiago , reciban los 49. qtos. 280y. mrs. de su empeño ; y dexen libres por proprias de la misma Iglesia las mencionadas Rentas , y Diezmos sin contradicion alguna , y sin permitirse nuevo mayor empeño.

E L R E Y.

I P OR quanto haviendome representado Don Bernabé de Chaves y Porras , Vicario General que ha sido de la Provincia de Extremadura , y actual Vicario Juez Ecclesiastico de la Ciudad de Jerèz de los Caballeros , en nombre de la Iglesia Parroquial de la Villa de Fuente de Cantos , que en la Orden de Santiago desde su fundacion tuvieron sus Iglesias cierta parte de Diezmos , que reducida à una tercia de ellos , se aplicó à el Cuerpo de Orden , con expressa reserva de su congrua provision , y quedó confirmado este derecho con la Bula de la incorporacion perpetua del Maestrazgo . Que en

Jan.
23.an.
1739.

en este estado ; con Bulas de Clemente VII. y Paulo III. se hicieron diferentes enagenaciones de Villas , Heredades , Dehesas, y Diezmos , y otros derechos de la Mesa Maestral , y Encomiendas ; y aunque sobre ello suplicó , y reclamó el Capítulo general del año de 1554. y el de 1562. con todo esto , impetradas otras dos Bulas de Pio IV. y San Pio V. aunque se hizo tercera suplica en el Capítulo general del año de 1573. la Magestad de Don Phelipe II. mi predecessor , en el mismo año enagenó de la Orden , y dió en empeño à la Ciudad de Sevilla las Villas de Fuente de Cantos , Medina de las Torres , Montemolin , Monasterio , Calzadilla , y Almendralejo ; pero despues el mismo Don Phelipe II. por su testamento , y codicilo ordenó se buscasse forma para restituir à las Ordenes lo enagenado ; y el Capítulo general del año de 1600. hizo quarta suplica , y protesta , representando à la Magestad de Don Phelipe III. seria conveniente se tratasse de ello , y de las formas , medios , trazas , y arbitrios convenientes ; y su Magestad se sirvió responder , trattassen de ello los dos Comendadores Mayores , dos Treces , y alguno de los del mi Consejo de Ordenes , siendo de la de Santiago ; en cuyo estado se quedó la referida instancia . Despues de lo qual , à causa de las urgencias , se dieron en nuevo , y mayor empeño las dichas seis Villas à los Interessados en el medio general por Assentos de los años de 1608. y 1617. quedando los derechos de la Villa de Fuente de Cantos apreciados en 49. qtos. 280y. mrs. y de todas seis se mandó despachar Carta de Privilegio por la Magestad de Don Phelipe III. que tambien por su testamento mandó volver à la Orden todo lo enagenado ; y aunqtie despues la Magestad de Don Phelipe IV. despachó el referido Privilegio del nuevo , y mayor empeño de dichas seis Villas , fue con la condicion de impetrar Bula , que lo confirmasse , y supliesse los defectos de dicha enagenacion ; y no solo dexó de impetrarla , sino es que por su testamento ordenó se buscasse forma de hacer dicha reintegracion , y que esto se entendiera mas apretadamente

quando algunos Prelados , Iglesias , Conventos , ó Comunidades , por hacer servicio à la Corona , quisieran pagar à las Partes lo que huvieran de haber , derogando de su absoluto poder , Señorio Real , y motu proprio qualesquieras leyes , y contratos , que pudiesen impedir la dicha disposicion testamentaria ; y que por esta no solo se conservó à la Orden su derecho , sino es se le concedió de nuevo à las Iglesias de los Pueblos enagenados el que tenian ; y que haviendo seguido , y estando siguiendo la de Fuente de Cantos un dilatado pleyo sobre su reedificacion , para que este cessasse , y la Orden se reintegrasse en parte de sus derechos sin dispendio de la Real Hacienda , me suplicaba me sirviese declarar , y ordenar , que en cumplimiento de dichas disposiciones testamentarias , el Marqués de Revilla , y Don Agustín , y Don Juan Lucas Salvago , y demás Interessados poseedores de dichas Rentas de Fuente de Cantos , recibieran la dicha cantidad de su empeño , quedando así por proprias de dicha Iglesia Parroquial , en la inteligencia de que esta se allanaba à deixarlas en qualquiera tiempo , así à la Orden , como à el Real Convento de San Marcos de Leon , que como mayores particioneros tenian mayor derecho . Y haviendo visto lo que sobre todo , y con separación de puntos , en Consulta de 11. de Abril de 1737. me representó mi Consejo de las Ordenes , he resuelto , que los nombrados Marqués de Revilla , Don Agustín , y Don Juan Lucas Salvago , y los demás que poseyeron las referidas Rentas , y Diezmos de Fuente de Cantos , recibiendo los 49. qtos. 280y. mrs. de su empeño , dexen por proprias de la Iglesia Parroquial de dicha Villa de Fuente de Cantos las referidas Rentas , sin contradicion alguna , y sin permitirse nuevo mayor empeño , aunqtie lo soliciten . Por tanto mando à los referidos no impidan la possession , que de todo ello debe tomar , en nombre de dicha Iglesia , el referido Don Bernabé de Chaves , entregando , ó depositando en esta Corte los mencionados 49. qtos. 280y. mrs. de dicho empeño , los quales ,

les , para el expressado fin , ha de tomar à censo , y cargarlos sobre las dichas Rentas , y derechos que se tantéan , y toman para dicha Iglesia , en la expressada inteligencia , de que ésta quede llana , y obligada à dexar dichas Rentas en qualquiera tiempo , assi à la Orden , como à el Real Convento de San Marcos de Leon , segun y como la recibiere , para cuyo fin se ha de hacer apéo , deslinde , y reconocimiento al tiempo de tomar la dicha possession , que assi es mi voluntad ; y que de esta Cedula se tome la razon en la Contaduria General del cargo de la Real Hacienda , y por los Contadores de la Contaduria Mayor , y el de Medias Annatas de la Orden de Santiago , en el termino de dos meses ; y no haciendose asi , sea de ningun valor , ni efecto . Dada en el Pardo à 23. de Enero de 1739. YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor. Don Joseph Antonio de Issasi.

Concordat cum Originali in Secretaria Regalis Ordinum Consilij reperto.

SCRIPTURA XL.

Bulla super Decenij Preceptoriarum incapacibus Collatarum in principio Decenij, certo modo & forma exigendis, cum dispensatione malè perceptorum.

Fun. 1. **B**enedictus Papa XIV. Ad futuram rei memoriam. Nuper 12. an. 1741. pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici Nobis porrectus fuit supplex libellus tenoris , qui sequitur. Vide licet:

2. Beatissimo Padre. Essendosi reconosciuti diversi difetti nella pratica che si è tenuta nel riscuotere i Decenij degl' Amministratori delle Commende con la percezzione de fruti, mentre come questi Amministratori sono nelle persone , che sono incapaci delle Commende , per esser di altr' Ordine , ò per che sono Donne , ò hanno altr'impedimento, che gel' è staro impotro di pagare ogni decennio una merz annata , come rispettivamente pagano i Commendatori nel primo anno del

Apostolorum ejus se noverit incursu-
rum. Datum Lateran. decimo-octavo Kalendas Januarij, Pontificatus
nostrî anno tertio.

*Concordat prout est in authenti-
co transumpto.*



*Concordat prout est in authentico
transumpto.*



SCRIP-

SCRIPTURA V.

*Precipit ab omnibus Prælatis privilegia
Cisterciensibus concessa inviolabi-
liter observari.*

Jan. 1 **H**onorius Episcopus, Servus Ser-
20. an. vorum Dei. Venerabilibus
1221. fratribus Archiepiscopis, & Episcopis,
& dilectis filijs alijs Ecclesiarum Præ-
latis, ad quos litteræ istæ pervenerint,
salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Benefaciens Dominus bonis, &
rectis corde, dilectos filios fratres Cis-
terciensis Ordinis in via mandatorum
ipsius inoffensè currentes, tanquam
populum acceptabilem sibi numero, &
merito ampliavit; eisque de rore Cœli,
& terræ pinguedine benedicens, dilata-
vit locum tentorij ejusdem Ordinis,
& pelles tabernaculorum ejus extendit:
sed (quod dolentes referimus) in via
hae, qua ambulabant, superbi contra
eos laqueos extendentes, imò velut
torrentes iniquitatis irruentes in eos
ipsos bonis suis, quæ soli Domino sunt
dicata, non solum nequiter defraudare
(cùm filij hujus sæculi prudentiores
filijs lucis in generatione ista sint) ve-
rū etiam iniquitate potentes violen-
ter spoliare nituntur. Et quod gravius
est, nonnulli de his, qui eos debue-
rant in Christi visceribus chariis am-
plexari, & favorabilius confovere, ip-
sos immanniè persequentes, privilegia,
quæ ipsis à Sede Apostolica suis exi-
gentibus meritis sunt indulta, gestiunt
penitus enervare; dicendo illa fuisse
omnino in Generali Concilio revocata,
vel alias intellectum privilegiorum ip-
sorum ita maligna interpretatione ad
libitum pervertendo, quod nisi os ini-
qua loquentium obstruatur, nil restet,
quin prædicti fratres suorum privile-
giorum penè penitus fructu frustren-
tur; per quod illi, non tam eisdem fra-
tribus, quam Nobis injuriare proban-
tur, dum contra Sedis Apostolicae in-
dulgentias, memoratos fratres temere
perturbare præsumunt; molientes con-
tra nostræ plenitudinem potestatis,
dum indulta nostra irreverenter impug-
nant.

3 Nos igitur, qui prædictos fratres

speciali prærogativa dilectionis, & gra-
tiæ amplexamur, utpotè qui jugiter
offerentes Domino suorum vitulos la-
biorum, non solum Nobis, sed etiam
universalis Ecclesiæ pijs intercessionibus
incomparabiliter suffragantur, nolen-
tes hujusmodi vexationibus, eorum
Sabbati amaricari quietem, quos po-
tiùs tenemur omnimodis consolari,
universitatem vestram monemus, &
hortamur attente, ac per Apostolica
scripta præcipiendo mandamus, qua-
tenus supradictos fratres ob reveren-
tiam divinam, & nostram, habentes in
visceribus charitatis, eis privilegia, &
indulgentias Apostolicae Sedis eisdem
concessas, inviolabiliter conservetis, &
faciatis ab alijs conservari; salva mo-
deratione Concilij Generalis, videlicet,
ut de alienis terris à tempore prædicti
Concilij acquisitis, & de cætero acqui-
rendis, exolvant Decimas Ecclesijs, qui-
bus ratione prædiorum anteà solveban-
tur, nisi aliter cum eis duxerint com-
ponendum. Alias quoque dictos fra-
tres ab incursibus malignorum taliter
defendatis, quod defensores justitiae,
ac pietatis probemini amatores, Deum
que vobis propitium, & Nos reddatis
exinde favorabiles, & benignos. Dat.
Lateran. XIII. Kalendas Februarij, Pon-
tificatus nostri anno quinto.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA VI.

*Indulget bis, qui è saculo ad Ordinem
Cisterciensem configuerint, ut nullum
fitipendum in ejusdem ingressu
cuiquam persolvant.*

1 **H**onorius Episcopus, Servus Ser-
20. an. vorum Dei. Dilectis filiis 23. an.
1221. Abbatii Cisterciensi, & universis Co-
Abbatibus ejus, & fratribus sub eodem
Ordine Deo servientibus, salutem, &
Apostolicam benedictionem.

2 Constituti juxta verbum Prophe-
tæ, licet insufficientibus meritis, super
gentes, & regna, officij nostri debitum
decenter exequimur, cùm evellimus
evellenda, & plantanda plantamus,
recta regimus, & dirigimus indirecta.
Significatis siquidem Nobis, quod in
quibusdam partibus consuetudo detef-
ta-

tabilis inolebit, videlicet, quod cum aliqui emulantes charismata meliora Monasteria nostri Ordinis volunt causa Religionis intrare, ut ibi Domino famulentur. Capellani eorum donec ab ipsis pecuniam, quae mortuarium nuncupatur, extorqueant, puta Parochianis suis decedentibus consueverunt accipere, illis temere se opponunt; quare super hoc nostrae providentiae medium flagitastis: volentes igitur abusum corruptelae hujusmodi abolere, auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut Capellanorum contradictione hujusmodi non obstante, liberas personas ad vos è saeculo fugientes liberè recipere valeatis.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lateranensi decimo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA VII.

Indulget non possint Cistercienses excommunicari, neque suspendi, neque eorum loca interdici à Sedis Apostolicæ Legatis.

Jan. 1 **H**onorius Episcopus, Servus Ser-
vorum Dei. Dilectis filijs 25.an.
25.an. Abbati Cisterciensi, & universis Co-
1221. Abbatibus ejus, & fratribus sub eodem
Ordine Deo servientibus, salutem, &
Apostolicam benedictionem.

2 Cum Ordinis vestri generosa plantatio multos Religionis, & honestatis flores, & fructus protulerit, effuso longè, latèque laudabilis conversatio-
nis odore, Apostolicæ Sedis auctoritas considerans, per Marthæ solitudinem providendum esse Mariæ quieti, ut orantis Mariæ suffragijs, sat agentis Marthæ solicitude ministerij jubaretur, ne alicujus temeritatis incursus sanctæ conversationis otium perturbaret, Ordinem ipsum, & privilegij, & non-

nullis indulgentijs, specialis gratiæ prærogativa munivit. Nos autem, qui salutifera commoda vestra benigno favore prosequimur, tranquillitati vestræ libenter, ut possumus, providemus, auctoritate praesentium inhibentes, ne Apostolicæ Sedis Legati, sine speciali mandato nostro, in vos excommunicationis, vel suspensionis, & in Monasteria vestra interdicti sententias contra ea, quæ vobis sunt ab Apostolica Sede concessa, promulgent.

3 Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lateran. octavo Kalendas Februarij. Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA VIII.

Declarat liberos esse Cistercienses à solutione Decimarum novalium à tempore Concilij Generalis proprijs manibus, aut sumptibus excitorum.

1 **H**onorius Episcopus, Servus Ser-
vorum Dei. Dilectis filijs 25.an.
Abbati Cisterciensi, & universis Co-
Abbatibus ejus, & fratribus sub eodem
Ordine Deo servientibus, salutem, &
Apostolicam benedictionem.

2 Contingit interdum, quod non nulli, proprijs incumbentes affectibus, dum sanctionum sensuum legitimum ad sua vota non habent accommodum, superinducunt adulterum intellectum, in temporali compendio æternum dispendium non timentes. Sanè, quia sicut audivimus, quidam suo nimis inhaerentes ingenio, nimiumque voluntarij Concilij Generalis Interpretes, de novalibus post idem Concilium acquisitis, à vobis intendunt Decimas extorquere; ne super his vos contingat indebita molestatione vexari, Nos interpretationem illorum intellectui constitutionis prædicti Concilij super Cisterciensium Decimis editæ, afferimus

peregrinam. In ipsa quidem expressè cavetur, ut de alienis terris, & amodò acquirendis, si eas proprijs manibus, aut sumptibus collueritis, Decimas persolvatis Ecclesijs, quibus ratione prædiorum anteà solvebantur, nisi cum eisdem Ecclesijs aliter ducerent componendum; idem prædecessor noster, quia sperabat, ut Ecclesiarum Prælati priuiores, & efficaciores existerent, ad exhibendum eis de suis malefactoribus justitiae complementum, & eorum privilegia diligenter, & perfectius observarent, statum hujusmodi ratum habens & gratum, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegijs extendi voluit, & mandavit. Sed quod dolentes referimus, in contrarium res est versa, quia sicut ex inculcata querela Abbatum ipsius Ordinis frequenter audivimus, nonnulli Ecclesiarum Prælati, & alij Clerici eorum privilegia temerè contemnentes, & contendentes malitiosè ipsorum pervertere intellectum, eos multipliciter inquietant. Nam cùm sit ipsis indulatum, ut de novalibus, quæ proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, sive de hortis, virgultis, & piscationibus suis, vel de suorum animalium nutrimentis, nullus ab eis Decimas exigere, vel extorquere præsumat, quidam perverso intellectu conficto dicentes, quod non possunt, nec debent intelligi, nisi de his, quæ sunt ante dictum Concilium acquisita, ipsis super his multiplici vexatione fatigant.

3 Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Lateran. octavo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA IX.

Ne Monachi Cistercienses de possessionibus habitis ante Concilium Generale, nec de novalibus, hortis, virgultis, pescationibus, ac de animalium eorum nutrimentis Decimas persolvant.

Nov. 1 **H**onorius Episcopus, Servus Ser-
9. an. fratribus Archiepiscopis, Episcopis, &
1224. dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, De-
canis, Archidiaconis, Officialibus, &
alijs Ecclesiarum Prælati, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & Apos-
tolicam benedictionem.

2 Cùm Abbates Cisterciensis Ordinis tempore Concilij Generalis ad commonitionem felicis memoriae Innocentij Papæ prædecessoris nostri statuerint, ut de cætero fratres ipsius Ordinis, ne occasione privilegiorum suorum Ecclesiæ ulterius gravarentur, de-

alienis terris, & ab eo tempore acqui-
rendis, si eas proprijs manibus, aut
sumptibus colerent, Decimas persol-
verent Ecclesijs, quibus ratione præ-
diorum anteà solvebantur, nisi cum
eisdem Ecclesijs aliter ducerent com-
ponendum; idem prædecessor noster,
quia sperabat, ut Ecclesiarum Prælati
priuiores, & efficaciores existerent, ad
exhibendum eis de suis malefactoribus
justitiae complementum, & eorum pri-
vilegia diligenter, & perfectius obser-
varent, statum hujusmodi ratum ha-
bens & gratum, hoc ipsum ad alios re-
gulares, qui gaudent similibus privi-
legijs extendi voluit, & mandavit.
Sed quod dolentes referimus, in con-
trarium res est versa, quia sicut ex in-
culcata querela Abbatum ipsius Ordini-
nis frequenter audivimus, nonnulli
Ecclesiarum Prælati, & alij Clerici eorum
privilegia temerè contemnentes,
& contendentes malitiosè ipsorum per-
vertere intellectum, eos multipliciter
inquietant. Nam cùm sit ipsis indul-
tum, ut de novalibus, quæ proprijs
manibus, aut sumptibus excolunt, si-
ve de hortis, virgultis, & pescationi-
bus suis, vel de suorum animalium nu-
trimentis, nullus ab eis Decimas exi-
gere, vel extorquere præsumat, qui-
dam perverso intellectu conficto di-
centes, quod non possunt, nec debent
intelligi, nisi de his, quæ sunt ante
dictum Concilium acquisita, ipsis su-
per his multiplici vexatione fatigant.

3 Nos igitur eorum quieti pater-
na solicitudine providere volentes,
universitati vestra per Apostolica scrip-
ta mandamus, quatenus Abbates, &
fratres ejusdem Ordinis à præstatione
Decimarum, tām de possessionibus ha-
bitis ante Concilium memoratum, &
de novalibus, sive ante, sive post idem
Concilium acquisitis, quæ proprijs ma-
nibus, ac sumptibus excolunt, quām
de hortis, virgultis, pescationibus suis,
ac de suorum animalium nutrimentis,
singuli vestrum omnino servetis immu-
nes. Datum Lateranensi quinto Idus
Novembbris, Pontificatus nostri anno
nono.

*Concordat prout est in authenti-
co transumpto.*

SCRIP-

SCRIPTURA X.

Ne quis ex Monachis Cisterciensibus de terris ante Concilium Generale acquisitis, quas alijs excolendas concederint, si postea ad eos redierint, Decimas extorquere presumat.

Nov. 1 **H**onorius Episcopus, Servus Ser-
25. an. vorum Dei. Dilectis filiis
1224. Abbatibus, & fratribus Cisterciensis
Ordinis, salutem, & Apostolicam be-
nunciationem.

2 Cum aliquando, cogente necessitate, vel utilitate propria requirente, terras vestras ante Generale Concilium acquisitas, concederitis alijs excolendas, ne pro eo quod de possessionibus post idem Concilium acquisitis, Decimas solvitis, si ad manus vestras taliter concessae redierint, à quoquam vexari possitis: ut nullus à vobis de hujusmodi terris, quæ ad vos taliter redierint, si eas manibus proprijs, aut sumptibus ecolitis, occasione Concilij memorati Decimas exigere, vel extorquere presumat, auctoritate presentium inhibemus.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lateranensi septimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno nono.

*Concordat prout est in authenti-
eo transumpto.*

SCRIPTURA XI.

*Ne Archiepiscopi, vel Episcopi impe-
diant electiones Abbatum Cistercien-
sium, ne de modo electionis, vita, lit-
teratura, & moribus electorum inqui-
rant, aut eorum electiones confir-
mare præsumant.*

Jan. 1 **G**regorius Episcopus, Servus
23. an. Servorum Dei. Dilectis filiis
1234. Abbatii Cisterciij, & universis Co-Ab-
batibus ejus Cisterciensis Ordinis, sa-

Iudem, & Apostolicam benedictionem.

2 Ex parte vestra Nobis est oblata querela, quod cum auctoritate Apostolica sit inhibitum, ne ullus Episcopus, vel quilibet alia persona regularem electionem Abbatis Ordinis vestri impeditat, atque de instituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra instituta Cisterciensis Ordinis, se aliquatenus intromittat: ac vobis à Sede Apostolica sit indultum, ut si Archiepiscopi, vel Episcopi, in quorum Diocesibus Domus vestrae fundatae sunt, cum humilitate, ac devotione debita requisiti, substitutos Abbates benedicere forte renuerint, liceat eidem Abbatibus ab alio Episcopo percipere, quæ à suo fuerint indebetē denegata; quidam Archiepiscopi, & Episcopi cùm in vestris Monasterijs in Abbes aliqui eliguntur, de modo electionis inquirere, & examinare personas de vita, litteratura, & moribus, & electionem confirmare prædictam pro viribus elaborant: Capitula quoque ipsorum eosdem sibi præsentari querunt electos, & approbandi eos usurpare sibi nituntur temere potestatem. Archidiaconi etiam installandi electos ipsos vendicare sibi jus injuriosè contendunt, contra indulta Sedis Apostolicae præsumptione non modica venientes. Volentes itaque quieti vestrae consulere, ac vestris gravaminibus in hac parte paterna solicitudine providere: ne talia præsumantur de cætero, & ne ab instituendis, vel institutis Abbatibus benedictionis prætextu aliquid penitus erigatur, auctoritate presentium distictius inhibemus, eadem auctoritate nihilominus decernentes, ut si contra prædictam inhibitionem nostram à quoquam fuerit propria temeritate præsumptum, sit irritum, & inane: & si aliquæ sententiae latæ fuerint, nullum robur obtineant firmitatis.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Late-

ranensi decimo Kalendas Februarij,
Pontificatus nostri anno septimo.

*Concordat prout est in authenti-
co transumpto.*

SCRIPTURA XII.

*Bulla per quam Abbates Prioribus com-
mittere possunt, ut Monachos, & Con-
versos ab excommunicationis sententia
pro injectione manuum in se ip-
sos absolvant, absentibus
ipsis.*

Jan. 1 **G**regorius Episcopus, Servus
23.an. Servorum Dei. Dilectis filiis
1234. Abbatii Cistercij, & universis Co-Ab-
batibus suis Cisterciensis Ordinis, salu-
tem, & Apostolicam benedictionem.

2 Cùm Monachos, & Conversos
Monasteriorum vestrorum ab excom-
municatione, quam injiciendo manus
violentas invicem in se ipsos frequen-
ter incurront, ex officio vestro absolv-
vere valeatis: auctoritate vobis præ-
sentium indulgemus, ut absolvendi
eos ab excommunicatione hujusmodi,
Prioribus vestris, cùm vos abesse con-
tigerit, possitis committere vices ves-
tras.

3 Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ concessionis
infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipot-
tentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursu-
rum. Datum Lateran. decimo Kalend.
Februarij, Pontificatus nostri anno sep-
timo.

*Concordat prout est in Diffinitionibus
Ordinis de Alcantara.*



SCRIPTURA XIII.

*Declaratio privilegiorum fratrum Cis-
terciensium circa exemptionem Decima-
rum de possessionibus habitis ante Con-
cilium Generale, & de novalibus, sive
ante, sive post idem Concilium acqui-
sitis, quæ proprijs manibus, aut
sumptibus excolunt.*

1 **G**regorius Episcopus, Servus *Jan.*
Servorum Dei. Venerabili-
bus fratribus Toletano Archiepiscopo, 1235.
& Suffraganeis ejus, & dilectis filiis Ab-
batibus, Prioribus, Decanis, Arci-
diaconis, & alijs Ecclesiarum Prælatis
per Toletanam Proviciam constitutis,
salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Cùm Abbates Cisterciensis Ordini
tempore Concilij Generalis ad com-
monitionem felicis memoriae Innocen-
tij Papæ predecessoris nostri statuer-
int, ut de cætero fratres ipsius Ordini
ne occasione privilegiorum suorum
Ecclesiae ulterius gravarentur, de alienis
terrulis, & ab eo tempore acquirendis,
si eas proprijs manibus, aut sumptibus
colerent, Decimas persolverent
Ecclesijs, quibus ratione prædiorum
antea solvebantur, nisi cum eisdem
Ecclesijs aliter ducerent componen-
dum. Idem predecessor noster, quia
sperabat, ut Ecclesiarum Prælati pro-
niores, & efficaciores existerent ad
exhibendum eis de suis malefactoribus
justitiæ complementum, & eorum pri-
vilegia diligenter, & perfectius obser-
varent; statutum hujusmodi gratum
habentes & ratum, hoc ad alias regu-
lares, qui similibus gaudent privile-
gijs extendi voluit, & mandavit. Sed
(quod dolentes referimus) in contrari-
um res est verfa, quia sicut ex incul-
cata querela Abbatum ipsius Ordinis
frequenter audivimus, nonnulli Eccle-
siarum Prælati, & alij Clerici eorum
privilegia temerè contemnentes, &
contententes malitiosè ipsorum per-
vertere intellectum, eosdem multipli-
citer inquietant. Nam cùm sit ipsis indultum,
ut de novalibus, quæ proprijs
manibus, aut sumptibus excolunt, sive
de hortis, & virgultis, & pascutionibus
suis, vel de suorum animalium nutri-
men-

mentis, nullus ab eis Decimas exige-re, vel extorquere præsumat, quidam perversu intellectu conficto dicentes, quod hæc non possunt, nec debent in-telligi, nisi de his, quæ sunt ante Gene-rale Concilium acquisita, ipsos super his multipli vexatione fatigant.

3 Nos igitur eorum quieti paterna sollicitudine providere volentes, uni-versitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Abbates, & fra-tres ejusdem Ordinis à præstatione Decimarum, tam de possessionibus ha-bitis ante Concilium memoratum, ante quod suscepérunt ejusdem Ordinis ins-tituta, quæ de novalibus, sive ante, sive post idem Concilium acquisitis, quæ proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, de quibus novalibus aliquis hactenùs non percepit, necnon de hor-tis, & virgultis, pificationibus suis, & de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum omnino servetis immunes: cantradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compes-cendo. Datum Perusij Kalendis Junij, Pontificatus nostri anno nono. Loco ✠ Plumbi.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA XIV.

Conceduntur Abbatibus, & Conventi-bus fratrum Cisterciensium Decimæ no-valium in Parochijs, in quibus ve-teres Decimæ jam concessæ fuerant.

April. 1 **I**nnocentius Episcopus, Servus 27.an. Servorum Dei. Dilectis filijs 1245. Abbatii Cisterciij, ejusque Co-Abbatibus, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostoli-cam benedictionem.

2 Iustis petentium desiderijs dig-num est Nos facilem præbere con-sensem, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter dilecti in Domi-no filij, vestris iustis precibus inclinati, auctoritate vobis præsentium indul-ge-mus, ut in Parochijs illis, in quibus veteres vobis Decimæ sunt concessæ, novalium quoque, de quibus aliquis hactenùs non percepit, proportione,

qua veteres vos contingunt, percipere valeatis.

3 Nulli ergo omnino hominum li-ceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario con-traire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipot-entis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-su-rum. Datum Lugduni quinto Kalen-das Maij, Pontificatus nostri anno se-cundo. Loco ✠ Plumbi.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA XV.

Nullus Episcopus, aut alias Judex Monachos Cistercienses, seu personas Monasteriorum suorum ad Synodos, vel Forenses Conventus (nisi pro fide dunta-xat) vel hujusmodi placita, seu Capitula, vel Forum pœnitentiale evocare præsumat.

1 **I**nnocentius Episcopus, Servus April. Servorum Dei. Dilectis filijs 28.an. Abbati Cisterciij, ejusque Co-Abbatibus, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostoli-cam benedictionem.

2 Cum à Nobis petitur, quod jus-tum est, & honestum, tam vigor æqui-tatis, quæ ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debi-tum perducatur effectum. Ex parte si-quidem vestra fuit propositum coram Nobis, quod licet Ordini vestro per privilegia Sedis Apostolica sit indul-tum, ut nullus Episcopus, seu alia per-sona ad Synodos, vel Forenses Con-ventus, nisi pro fide vos ire compellat, aut in vos, vel Monasteria, seu etiam personas dicti Ordinis excommunica-tionis, suspensionis, aut interdicti sen-tentias promulgare præsumat: quæ si promulgatae fuerint, tamquam contra Sedis Apostolica indulta prolatæ, de-cernuntur per eadem privilegia irri-tæ, ac inanes. Nihilominus tamen ple-rique Prælati, & Judices Ordinarij, & alij Ecclesiarum Rectores eadem privi-legia, quibus muniti estis, evacuare superstitiosis adinventionibus molien-tes, afferunt vos pro quavis offensa, ratione delicti existere fori sui, sicque


vo-

vocantes vos ad placita , Capitula , & poenitentiale Forum , sicut alios Clericos sacerdotes , vos super hoc multiplici vexatione fatigant , quamquam excessus vestri , tam per generale , quam etiam quotidiana Capitula , quae sunt in singulis Monasterijs vestri Ordinis , congrua poenitentia puniantur. Quare Nobis humiliter supplicastis , ut presumptionem talium cohibere paterna solicitudine curaremus.

3 Nos igitur attendentes , quod & si suscepisti cura regiminis de universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filijs curam , & solicitudinem gerere teneamus , de illis tamen specialius cogitare nos convenit , qui postpositis vanitatibus saeculi jugem impendunt Domino famulatum , ac volentes quieti vestrae super præmissis paterna imposterum solicitudine provide-re , ut nullus vos , seu Monasteriorum vestrorum personas ad Synodos , vel Forenses Conventus , nisi pro fide dunt taxat , vel hujusmodi placita , seu Capitula , vel Forum poenitentiale absque mandato Sedis Apostolicae speciali evocare , etiam delicti ratione præsumat (maxime cum vos filij Abbates punire excessus quoslibet , secundum statuta vestri Ordinis parati sitis) auctoritate præsentium districtus inhibemus : decernentes eadem auctoritate sententias , si quas hac occasione per præsumptionem cuiuspam promulgari contigerit , irritas , & iranas : salvo in omnibus Apostolicae Sedis mandato.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis infringere , vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotens Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni quarto Kalendas Maij , Pontificatus nostri anno secundo.

Concordat prout est in authenticō transumpto.



SCRIPTURA XVI.

Omnibus Ecclesiarum Prælatis , & Judicibus prohibetur in familiares , servientes , ac benefactores Ordinis Cisterciensis excommunicationis sententiam promulgare.

1 **I**nnocentius Episcopus , Servus April. Servorum Dei. Dilectis filijs 28.an. Abbati Cistercij , ejusque Co-Abbatis , & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis , salutem , & Apostolicam benedictionem. 1245.

2 Cum à Nobis petitur , quod justum est , & honestum , tam vigor aequitatis , quam ordo exigit rationis , ut id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram Nobis , quod nonnulli Ecclesiarum Prælati vestrī libertatibus invidentes , cum eis non licet ex Apostolicae Sedis indulto , in vos excommunicationis , vel interdicti sententias promulgare in familiares , servientes , & benefactores , ac illos , qui molunt in molendinis , vel coquunt in furnis vestrī , qui que vendendo , seu emendo , vel alias vobis communicant , sententias proferunt memoratas : sive non vim , & potestatem privilegiorum vestrorum , sed sola verba servantes , vos quodammodo excommunicant , dum vobis alios communicare non sintunt : & ex hoc judicari videmini iudicio Iudeorum : & qui vobis communicant in prædictis , illud evenit inconveniens , quod maiorem excommunicationem incurvant , quam excommunicatis communicando fuerant incursum. Quare Nobis humiliter supplicastis , ut providere quieti vestrae super hoc paterna solicitudine curaremus.

3 Nos igitur vestrī supplicationibus inclinati , nequis prædictorum hujusmodi sententias in fraudem privilegiorum Apostolicae Sedis de cætero promulgare præsumat , auctoritate præsentium inhibemus. Decernentes eas , si per præsumptionem cuiuspam taliter promulgare contigerit , irritas , & iranas.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis in-

infringere , vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotens Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni quarto Kalendas Maij , Pontificatus nostri anno secundo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XVII.

Ordo Cisterciensis per Abbates , aut Monachos idoneos , quos ipsi Abbates ad hoc providerint deputandos , & à nullo alio visitari posse.

Maij 1 **I**nnocentius Episcopus , Servus
2. an. Servorum Dei. Dilectis filijs
1245. Abbati Cistercij , ejusque Co-Abbatis-
bus , & Conventibus universis Cister-
ciensis Ordinis , salutem , & Apostoli-
cam benedictionem.

2 Thesauro virtutum sic præclara-
vestra Religio suum semper astrinxit
affectionem , quod habetur & in con-
spectu Regis Æterni placita , & in oculis
hominum gratiosa. Ipsa quidem , ut
columba mitis , & humilis , & electa
Domini specialis pulchra per totum ap-
picitur , omnem à se rugam enormitatis
abjiciens , & maculam deformitatis
excludens : vigilantibus illis , qui pa-
ternæ sollicitudinis in ea gerunt offi-
cium , quod ibidem nullæ possint vi-
tiorum spinæ subcrescere , sed ipsa sio-
rum honoris , & fructuum honestatis im-
marcesibili polleat ubertate , propter
hunc etiam sanctæ operationis effec-
tum , nullumque Ordo vester officio
alienæ visitationis , vel correctionis in-
diguit , sed de ipso aliquibus alijs re-
formationis beneficium ex providentia
Sedis Apostolicæ jam provenit.

3 Cùm itaque Nos , qui ex hujus-
modi virtuosis actibus spiritu in Domi-
no exultamus , claris agnoscamus indi-
tijs , dictum Ordinem esse alijs certæ
vitæ speculum , & salutiferæ conversa-
tionis exemplum: quod ipse sicut olim ,
sic & imposterum ab ejusdem dunta-
xat Abbatibus , ac Monachis idoneis ,
quos vos filij Abbates ad hoc provide-
ritis deputandos , & à nullo alio visitari

possit , aut corrigi , auctoritate præ-
sentium duximus statuendum. Eadem
auctoritate nihilominus decernentes ,
ut si aliquid contra statutum hujusmo-
di à quoquam propria extiterit temeri-
tate præsumptum , sit irritum , & inane.
Et si forte aliquæ sententiæ in vos ce-
casione hujusmodi prolatæ fuerint , nul-
lum robur obtineant firmitatis : man-
dato Sedis Apostolicæ semper salvo.

4 Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ constitutio-
nis infringere , vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit , indignationem Omnipotens
Dei , & Beatorum Petri , & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursum.
Datum Lugduni sexto Nonas
Maij , Pontificatus nostri anno secundo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XVIII.

*Monachi Cistercienses ad Ordines pro-
movendi , per Episcopos examinari non
tenentur , nisi habeant notorium
crimen , vel enorme corporis
vitium.*

1 **I**nnocentius Episcopus , Servus Aug.
Servorum Dei. Dilectis filijs 18.an.
1246. Abbati Cistercij , ejusque Co-Abbatis-
bus , & Conventibus universis Cister-
ciensis Ordinis , salutem , & Apostoli-
cam benedictionem.

2 Meritis vestræ Religionis induci-
mur , ut favoris benigni gratia vos ju-
giter prosequamur : sed in his præcipue , quæ noscuntur ad cultum Divini
Nominis pertinere. Cùm itaque sicut
lecta coram Nobis universitatis vestræ
petitio continebat , Monachi Ordinis
vestri ab institutione ipsius soliti sint à
Prælatis Ecclesiarum , sine aliqua ex-
aminatione ad Ordines promoveri : Nos
devotionis vestræ precibus inclinati ,
ut hoc ipsum circa Monachos ejusdem
Ordinis (eis duntaxat exceptis , in qui-
bus fuerit notorium crimen , vel enor-
men corporis vitium) à Prælatis ejus-
dem perpetuis temporibus observetur ,
auctoritate præsentium duximus sta-
tuendum.

3 Nulli ergo omnino hominum li-
ceat

ceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni decimo quinto Kalendas Septembbris, Pontificatus nostri anno quarto.

Concordat prout est in authenticō transumpto.

SCRIPTURA XIX.

Bulla, qua declaratur Decretalem statuentem exemptos ratione delicti, vel contractus, ut rei de qua ageretur, coram Ordinariis posse conveniri, Cistercienses non comprehendere.

Maij 1 **I**nnocentius Episcopus, Servus
4. an. Servorum Dei. Dilectis filijs
1251. Abbatii Cisterciensi, ejusque Co-Abbatis, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Cum nuper duxerimus statuendum, ut exempti, quantacumque gaudent libertate, nihilominus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, ritè possint coram locorum Ordinariis conveniri: & illi quoad hæc, suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere: vos dubitantes, ne per constitutionem hujusmodi, libertatibus, & immunitatibus vobis, & Ordini vestro per privilegia, & indulgentias ab Apostolica Sede concessis, præjudicari valeat, Nobis humiliter supplicasti, ut providere super hoc indemnitatii vestrae paterna sollicitudine curaremus. Quia vero, ejusdem Ordinis sacra Religio sic vos apud Nos dignos favore constituit, ut Nobis votivum existat, vos ab omnibus, per quæ vobis possent provenire dispendia, immunes libenti animo præservare, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut occasione constitutionis hujusmodi, nullum eisdem libertatibus, ac immunitatibus impostrum præjudicium generetur.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis

infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri anno octavo.

Concordat prout est in Diffinitionibus Ordinis de Alcantara.

SCRIPTURA XX.

Abbates Cistercienses non solum Prioribus suis, verum etiam discretis, & litteratis personis Ordinis (ipsis absentibus) vices absolvendi Monachos, & alias Religiosas personas sibi subjectas à vinculo excommunicationis, quam pro violenta manuum injectione in se ipsos incurrint, committere possunt.

1 **A**lexander Episcopus, Servus Febr.
1. an. Servorum Dei. Dilectis filijs
1255. Abbatii Cisterciij, ejusque Co-Abbatis universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Cum ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod Monachos vestros, & Religiosas personas vobis subjectas, ab excommunicatione, quam pro violenta injectione manuum in se ipsos incurrint, absolvere valeatis; ac Prioribus vestris super hoc committere vices vestras vobis à Sede Apostolica fit indultum, & sèpè contingat propter vestram, & Priorum ipsorum absentiam illos, qui in hujusmodi sententiam incident diutiùs in ipsa, non sine animarum suarum periculo remanere: Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, quod super his vices ipsas, etiam alijs discretis, & literatis vestri Ordinis Sacerdotibus, absentibus vobis, committere, prout expedire videritis, valeatis, vobis auctoritate præsentium plenam concedimus facultatem.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

rum. Datum Neapoli Kalendis Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXI.

Bulla ut non liceat alicui Ordinis Cisterciensis professori, sine propria Abbatis licentia cuiquam alterius, vel ejusdem Ordinis, aut seculari Presbytero confiteri, nec confessiones cuiuspiam audire.

Mart. 1 **A**lexander Episcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis
16. an. Abbati Cistercij, ejusque Co-Abbatis
1255. Cisterciensis Ordinis universis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2. Praeclaræ Religionis vestræ favor exposcit, & sincerae devotionis, quam sedulò erga Nos, & Romanam Ecclesiam geritis, merita nos inducunt, vt vos speciali prærogativa gratiæ prosequentes, vestris precibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuamus. Cum igitur felicis recordationis Julius Papa prædecessor noster, ut in Ordine vestro, sublata materia scandali, Religionis conformitas, & vitæ unitas in charitatis integritate serventur, vobis suis litteris concessisse dicatur, ut juxta ejusdem Ordinis statuta, nulli fratribus ipsius Ordinis, seu alij ejusdem Ordinis personæ, absque sui Abbatis licentia, liceat cuiquam alterius Religionis, vel seculari Presbytero confiteri, nec ei confessiones ipsarum audire, vel eis absolutionis beneficium impartiri: vestris devotis supplicationibus inclinati, quod super hoc vobis est à dicto prædecessore concessum, gratum habentes & ratum, id auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

3. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Neapoli XVII. Kalendas

Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in Menologio Cisterciensi Fr. Chrysostomi Henriquez.

SCRIPTURA XXII.

Abbatibus Cisterciensibus conceditur facultas absolvendi suos Monachos, qui sive priusquam Ordinem intraverint, sive postea, exesserint in excommunicatione, vel irregularitate; nisi adeò gravis, & enormis fuerit excessus, quod merito sint ad Sedem Apostolicam destinandi.

Alexander Episcopus, Servus Jul. Servorum Dei. Dilectis filiis 8. an. Abbati Cistercij, ejusque Co-Abbatis 1255. Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2. Licet ad hoc fratrum vestri Ordinis pia suadet intentio, ut ab eis in his quæ faciunt, prudenter, & providè procedatur, secundum Deum, & Ordinis honestatem, aliquando tunc ex conditionis humanæ fragilitate contingit, quod quidam ex ipsis excedunt in casibus, in quibus excommunicationis sententiam, & notam irregularitatis incurunt. Quare à Nobis supplicatione humili postulastris, ut cum viri contemplationi dediti sint, in Religionis favorem à discursibus cohibendi, ac propter viarum pericula eisdem fratribus ad nostram præsentiam impediatur accessus, super hoc præsidere de benignitate solita curaremus.

3. Nos itaque pie volentes, quod vestra devotio in his, quæ dignè possumus, Sedem Apostolicam reperiisse gaudeat gratiosam, ut singuli vestrum in Conventibus sibi commissis, præmissis fratribus constitutis ibidem absolutione, ac dispensatione indigentibus, sive priusquam Ordinem intraverint, sive postea in casibus exesserint memoratis, de consilio Discretorum fratrum vestrorum, qui litterati sint, & Deum timentes impartiri valeatis absolutionis beneficium, & dispensare cum eis, vobis auctoritate præsentium concedimus facultatem; nisi adeò gravis fuerit, & enormis excessus, quod merito sint

ad Sedem Apostolicam destinandi.

4 Cæterum licitum esse volumus, ut tu filij Abbas Cistercij, cæteris Co-Abbatibus tui Ordinis, aut unus, quem elegeris, tibi super præmissis juxta formam eandem bene cium absolutionis, & dispensationis hujusmodi, si necesse fuerit, largiatur. Verum ne vobis filij Abbates ex causa moræ, seu difficultatis aliquod possint imminere discrimen, singulis Diœcesanis vestris præsentium auctoritate concedimus, ut absolutionis, & dispensatio hujusmodi ab eis obtineri valeat, cum vobis, vel alii cuius vestrum fuerit opportunum.

5 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Agnaniæ octavo Idus Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXIII.

Ne Monachis Cistercienses teneantur ad præstationem aliquarum collectarum, subsidiorum, & aliarum exactionum à Sede Apostolica imponendarum, nisi de Indulso hoc fiat in litteris mentio specialis, etiam si in illis apponatur consueta clausula, aliqua indulgentia non obstante. Vide Scriptura 33.

Oct. 1. *Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Cistercij, ejusque Co-Abbatis, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.*

7. an. 1255. *2 Religionis vestræ meretur honestas, ut vos speciali diligentes in Domino charitate, prosequamur gratia Sedis Apostolicae, ac favore. Sanè tenuitatem vestrorum reddituum, & proventuum sollicitè attendentes, ac per hoc volentes alicujus revelationis solatio vos gaudere, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut ad præstationem aliquarum collectarum, subsidio-*

rum, & aliarum exactionum imponendarum vobis, & domibus vestris à Sede Apostolica, seu Legatis ejusdem, aut ipsorum auctoritate, ac mandato, non teneamini per litteras ipsius Sedis, ac Legatorum ejus, quæ plenam, & expressam de indulgentia hujusmodi, & Ordine vestro non fecerint mentionem, etiamsi contineantur in eisdem litteris, quod id, quod per eas mandatur, fiat, aliqua indulgentia non obstante. Nos enim excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas occasione prædictorum in vos communiter, vel aliquos vestrum ab aliquo promulgari contigerit, decernimus non tenere.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Agnaniæ Nonis Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXIV.

Bulla circa absolutionem à sententijs excommunicationis, suspensionis, & interdicti ingredientium Ordinem Cisterciensem, ut à proprijs Abbatibus elargiri possit.

1 **U**rbanus Episcopus, Servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Cistercij, ejusque Co-Abbatis universis Cisterciensis Ordinis, salute, & Apostolicam benedictionem.

April. 30. an. 1262. *2 Celestis amor propriæ mentes vestras sic allexisse præspicitur, ut quasi hoc solum delectationem vobis tribuat, quod divina voluntati sit placitum, & salutem proficiat animarum. Procedit ex hoc, quod Nos vestris pijs petitionibus favorem largiri benevolum delectantes, maximè cum ex Apostolica cura teneamur officium circa Religionis augmentum attenti, & vigilis inveniri, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut volentibus vestro aggregari Collegio, dummodo ipsorum pro-*

professio subsequatur, qui suspensio-
nis, aut interdicti, vel excommunica-
tionis sententijs sunt ligati, beneficium
absolutionis juxta formam Ecclesiæ im-
partiri, & ipsos in fratres recipere, ac
eos, qui post assumptum habitum re-
coluerint se talibus in seculo fuisse sen-
tentij innodatos, secundum formam
ipsam absolvere valeatis; ita tamen,
quod si idem Ordinem vestrum exive-
rint, eo ipso præfatis sententijs sint li-
gati: & si aliqui ex eisdem hujusmodi
sententijs propter debitum sint astricti,
satisfaciant, ut tenentur.

3 Cæterum licitum esse volumus,
ut tu filij Abbas Cistercij, cæteris Co-
Abbatibus tui Ordinis, aut unus eo-
rum, quem elegeris, tibi super præmis-
sis juxta formam eandem absolutionis
beneficium, si necesse fuerit, largia-
tur. Verùm ne vobis filij Abbates, ex
causa moræ, seu difficultatis aliquod
posset imminere discriben, singulis
Diœcesanis vestris præsentium auctori-
tate concedimus, ut absolutio hujus-
modi ab eis obtineri valeat, cum vo-
bis, vel alicui vestrum fuerit oppor-
tunum.

4 Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ concessionis
infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Siquis autem hoc attentare præ-
sumperit, indignationem Omnipoten-
tis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursu-
rum. Datum Viterbij secundo Kalendas
Maij, Pontificatus nostri anno primo.

*Concordat prout est in authenti-
co transumpto.*

SCRIPTURA XXV.

*Bulla, ut nulli liceat in Monachos Cis-
tercienses, eorum Monasteria, seu fra-
tres excommunicationis, suspe sionis, seu
interdicti sententias promulgare. Revo-
catio quorundam privilegiorum facta ab
Alexandro III. nullum libertatibus
Cisterciensium præjudicium
affert.*

Maij 1 Urbanus Episcopus, Servus Ser-
6. an. vorum Dei. Dilectis filiis
1262. Abbatii Cistercij, ejusque Co-Abbatii-
bus, & Conventibus universis Cister-

censis Ordinis, salutem, & Apostoli-
cam benedictionem.

2 Saeræ vestræ Religionis inducti
meritis, votis vestris libenter annui-
mus: eaque vobis concedimus, per quæ
materia submota gravaminis, statutus
vestri tranquillitas procuretur. Sanè
Nobis exponere curavistis, quod ex
speciali privilegio Sedis Apostolicae ob-
tinetis, ut nulli omnino hominum li-
ceat in vos, vel vestra Monasteria, seu
fratres inibi constitutos, contra id, quod
ab origine Ordinis noscitur institutum,
excommunicationis, suspensionis, seu
interdicti sententias promulgare. Felicis
quoque memorie Honarius præde-
cessor noster quieti vestræ paterna vo-
lens diligentia providere, adjiciendo
de gratia potiori suis litteris, vobis in-
dulxit, ut non solùm alijs, sed nec etiam
dictæ Sedis Legatis prædictas, vel etiam
depositionis sententias in vos, vel præ-
dicta Monasteria, sine Sedis ejusdem
speciali mandato licitum sit proferre,
quas, si ex tunc proferri contigerit, de-
crevit irritas, & inanes. Insuper omni-
no prohibuit, ne prædicti Legati pro-
curationes pecuniarias à vobis exigere,
vel extorquere præsumant: sed cum ad
Domos vestri Ordinis acceſſerint, sine
carnium esu, cibis regularibus sint
contenti.

3 Porrò, quia felicis recordationis
Alexander Papa prædecessor noster,
omnia indulta quibuscumque personis,
sive Ecclesiasticis Prælati, & alijs Re-
gularibus, & non Regularibus, sive Sæ-
cularibus Principibus, & alijs minori-
bus, & quorumcumque locorum Capitulis,
Collegijs, Conventibus, & Com-
munibus, seu Communitatibus, à felici
recordationis Innocentio, vel ab ip-
so Alejandro prædecessoribus nostris
concessa: quod videlicet per Dele-
gatos, Conservatores, aut Executores à
Sede Apostolica deputatos, seu per
Delegatos ab ipsis, vel per Legatos Se-
dis ejusdem, aut Ordinarios, seu Dele-
gatos eorum interdici, suspendi, vel ex-
communicari, quodque ipsis ingressus
Ecclesiæ prohiberi, & quod terræ, seu
interdicto Ecclesiastico supponi non va-
leant; totaliter duxit auctoritate Apos-
tolica revocanda. Ita quod deinceps
nullum robur, nullumque vigorem ob-

tineant, nec præmissi per ea juvare se valeant ulterius, vel tueri, nisi Principes ipsi sint Reges, vel uxores, aut filii, seu fratres Regum, aut alij Magnates, sublimesque viri, qui antiquitùs à prædicta Sede similem gratiam habuerunt: vos metuentes, vobis per hoc præjudicium generari, Apostolica super hoc provisionis remedium implorastis. Nos itaque vestris precibus inclinati, ad instar ejusdem Alexandri prædecessoris, quod per revocationem hujusmodi nullum libertatibus, & immunitatibus vobis à præfata Sede concessis præjudicium imposterūm generetur, auctoritate vobis præsentium indulgemus.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Viterbij secundo Nonas Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXVI.

Quod nullus ab universo Ordine Cisterciensi de terris ante Generale Concilium acquisitis, quas proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, sive de hortis, virgultis, molendinis, aut suorum animalium nutrimentis, Decimas, vel Primitias exigere præsumat.

Maij. 11.an. 1 **U**rbanus Episcopus, Servus Ser-
vorum Dei. Dilectis filijs
1262. Abbati Cistercij, ejusque Co-Abbatis, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Devotionis augmentum vobis Deo propitio provenire confidimus, si super his, quæ pia cupitis, Nos benignos ad gratiam habeatis. Sanè petatio vestra Nobis exhibita continebat, quod licet vobis à Sede Apostolica sit indul-
tum, ut de terris ante Generale Con-
cilium acquisitis, quas proprijs mani-
bus, aut sumptibus colitis, seu de hor-
tis, & virgultis vestris, aut vestrorum

animalium nutrimentis, nulli Decimas teneamini exhibere; nonnulli tamen vestris libertatibus invidentes, de ter-
ris, hortis, & virgultis prædictis, Pri-
mitias, necnon, & de molendinis ves-
tris Decimas exigunt, in vestrum non modicum detrimentum. Quare Nobis humiliter supplicasti, ut super hoc providere vobis paterna solicitude curaremus. Vestris itaque supplicatio-
nibus inclinati, ut hujusmodi Primitias, & Decimas illis contra quos de eis non solvendis legitima estis præscriptione muniti, nullatenus solvere teneamini,
vobis auctoritate præsentium indulge-
mus.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Viterbij quinto Idus Maij, Pontificatus nostri anno primo. *Loco Plumbi.*

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA XXVII.

Moniales Cistercienses gaudent Privilegijs, & Indulgencij, prædicto Ordini ab Apostolica Sede concessis.

1 **U**rbanus Episcopus, Servus Ser-
vorum Dei. Dilectis in Chris-
to filiabus Abbatissis, & Conventibus Monialium universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem. *Maij. 15.an. 1262.*

2 Meritis vestræ Sacré Religionis inducimur, ut favoris benigni gratia vos jugiter prosequentes, paci, & tranquillitati vestræ, ne juriorum concutiatur procellis, imposterūm consulamus. Hinc est, quod vestris supplicationibus inclinati, ut Privilegijs, & Indulgencij generaliter Ordini vestro ab Apostolica Sede concessis, in his, quæ vobis competunt, liberè uti valeatis, auctoritate vobis præsentium indulgemus.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis in-

infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotenti Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbij Idibus Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in Definitionibus Ordinis de Alcantara.

SCRIPTURA XXVIII.

Ut tempore generalis interdicti liceat fratribus Cisterciensibus Divina Officia, alta voce, apertis januis, & pulsatis campanis (excommunicatis tamen, & interdictis exclusis) solemniter celebrare.

Jun. 1 **U**rbanus Episcopus, Servus Ser-
vorum Dei. Dilectis filijs Ab-
1262. Abbati Cistercij, ejusque Co-Abbatibus, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Devotionis augmentum, vobis Deo propitio provenire confidimus, si super his, quæ piè cupitis, Nos benignos ad gratiam habeatis. Cum igitur, sicut ex tenore vestræ petitionis accepimus, vobis, & Ordini vestro à prima sui fundatione à Sede Apostolica sit concessum, ut tempore generalis interdicti possitis (excommunicatis, & interdictis exclusis) Divina Officia in vestris Monasterijs celebrare: vosque auctoritate concessionis hujusmodi, Divina eadem, alta voce, apertis januis, & pulsatis campanis (excommunicatis tamen, & interdictis exclusis) duxeritis hactenùs solemniter celebranda. Nos vestris supplicationibus inclinati, ut in Monasterijs vestris, quæ à sæcularium habitationibus remota sunt, Divina prædicta celebrare, quemadmodum hactenùs rationabiliter fecisse noscimini, tempore ipsius interdicti, liberè valeatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, &

Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbij quinto Idus Junij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXIX.

Omnes Indulgentiae, & Litteræ Apostolice contra Ordinis Cisterciensis communia statuta impetratae, irritæ, & inanæ, nulliusque roboris, & momenti declarantur.

I Clemens Episcopus, Servus Ser-
vorum Dei. Dilectis filijs Ab-
bati, & Conventui Cistercij, Cabilo-
nensis Diœcesis, salutem, & Apostoli-
cam benedictionem.

2 Ne propter insolentias aliquorum quærentium quæ sua sunt, non quæ Dei, turbari contingat sanctæ contemplationis otium, cui vos specialiter devovistis, Nos ex hoc paci vestræ, ac Ordinis vestri tranquillo statui paterna sollicitudine consulentes, Indulgentias omnes, & Litteras per quascumque personas ejusdem Ordinis contra communia statuta ipsius à Sede Apostolica, vel ejus Legatis, sub quacumque forma, vel expressione verborum de cetero impetrandas, irritas, & inanæ præsentium auctoritate decernimus, ac nullius omnino existere firmatis.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Perusij quinto Idus Julij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.



SCRIP-

SCRIPTURA XXX.

*Bulla per quam Cistercienses ab onere
cujuslibet repentina, ac extraordinaria
Decimæ, seu alterius exactionis
eximuntur.*

April. 1 1275. **G**regorius Episcopus, Servus
5. an. universis Abbatibus, ac Abbatissis, &
1275. Conventibus Ordinis Cisterciensis, tam
presentibus, quam futuris in perpetuum.

2 In vestitu deaurato Ecclesiæ sponsæ Christi, quæ varietate circumdata, Sponso suo specioso forma præ filijs hominum, invariabilis integritate fideli, & soliditate spei, à dextris assiftit, Cisterciensis Ordo divinis mancipatus obsequijs, & inter Religiones cæteras gloriose Virgini singularitate devotionis adscriptus, ex institutione primaria, & professorum ipsius, quantum ex alto conceditur, prosecutionis instantia rutilat, charitate candet, castimonia, & pulchritudine conversationis eluet: hujus Ordinis candidi Nazaræi dicti, videlicet, professores ejusdem, sub arcta observantia districione viventes, in conspectu eorundem Regis Regum, & Reginae Cœlestis, phialas odoramentorum plenas, in orationum assiduitate præsentant, beneplacitis illorum per opera pietatis inseruant, & sic hospitalitatem observant, quod sibi pauperes, pauperibus divites, illis munisci, sibi parci, laboribus non parcunt proprijs, sed victu, in sui vultus sudore quæsito, se tenui exhibent, illis subveniant abundanter. Hæc quidem vobis favorem omnium vendicant: hæc vos favorabiles, recto cuiuslibet pectoris pij judicio repræsentant. Solet enim Regum, & Principum, aliorumque Magnatum familiaribus ipsorum contemplatione deferri. Quantò itaque amplius tam peculiaribus eorundem summi Regis, & Reginae Cœlestis famulis, ipsorum obtentu in suis est subveniendum necessitatibus, & opportunitatibus assistendum. Profecto immensa inter comparata disparitas, memburam comparationis hujusmodi non admittit. Hæc Nos movent attentiū, hæc Nos, & fratres nostros hortantur

instantiū, vobis, & Monasterijs vestris, contra incidentium Decimaru, & aliarum exactionum instantias, opportuno remedio providere. Quid enim opus est ea decimare, vel per partes exigere, ad serviendum exindè Dominino, quæ ipsius sunt servitijs totaliter deputata? Ideoque de ipsorum fratum nostrorum consilio, vos, Monasteria, cæteraque loca, & bona ejusdem Ordinis, ac ipsum Ordinem, ab onere cuiuslibet repentinæ, ac extraordinariæ Decimæ, seu alterius exactionis eximus. Districti inhibentes, vobis, dictisvè Monasterijs, locis, aut bonis, de cætero hujusmodi Decimam, & exactionem, quocumque nomine censeantur imponi, aut imponendas imposterū, quantumcumque generali, sub quavis forma, vel expressio ne verborum, à vobis exigi, vel vos super illis aliquatenus molestari. Decernentes ex nunc, omnem sententiam suspensionis, interdicti, seu excommunicationis in vos, Monasteria, loca, vel bona prædicta, propter hoc quacumque auctoritate latam, irritam, & inanem, ac viribus omnino carere.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessio nis, exemptionis, inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

4 Datum Lugduni per manum Magistri Lafranti Archidiaconi Pergamen fis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarij, nonas Aprilis, Indictione tertia, Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus verò nostri anno quarto.

*Concordat prout est in Diffinitionibus
Ordinis de Alcantara.*



SCRIPTURA XXXI.

Ut nullus de terris Ordinis Cisterciensis cultis, vel incultis, traditis jam, vel tradendis aliquibus cultoribus excolendas, in quibus nullus antea Decimas percepit, ab ipso Ordine, vel à cultoribus earundem Decimas, vel Primitias extorquere præsumat.

Dec. I **B**onifacius Episcopus, Servus **18.an.** Servorum Dei. Dilectis filijs **1302.** universis Abbatibus, Abbatissis, & Conventibus Ordinis Cisterciensis, tām præsentibus, quām futuris, salutēm, & Apostolicam benedictionem.

2 In Ecclesiae firmamento vester Ordo nitore claro coruscans, universalem gregis Dominici autam illuminat, & currentibus in studio rectum iter insinuat, quoad salutis brabium facilius pervenitur. Nos quidem ob hoc, & propter magnæ devotionis affectum, quem ad Nos, & Apostolicam Sedem habetis, Ordinem ipsum, ac vos, & alios ejusdem Ordinis professores intima charitate prosequimur, ac sinceris affectibus excitamus ad vestra, & illorum commoda, in quibus honeste possumus promovenda. Ideoque præmissorum intuitu, & obtentu dilecti filii nostri Roberti, Tituli Sanctæ Pudentianæ, Presbyteri Cardinalis, qui tamquam præfati Ordinis, quem professus existit Promotor assiduus, necessitates vestras, & dicti Ordinis, Nobis reverenter exposuit, & super illis nostrum provisionis auxilium imploravit, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut de terris vestris cultis, & incultis ad Ordinem vestrum spectantibus, quas alijs concessistis, vel concedetis imposterū excolendas, de quibus tamen aliquis Decimas, seu Primitias non percepit, nullus à vobis, seu cultoribus terrarum ipsarum, aut quibuscumque alijs Decimas, seu Primitias exigere, vel extorquere præsumat. Nos enim nihilominus irritum decernimus, & inanē quidquid contra tenorem hujusmodi indulgentiæ fuerit attentatum.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessio-

nis, & constitutionis infringere, vel ei ausū temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lateranensi decimo quinto Kalendas Januarij, Pontificatus nostri anno octavo.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA XXXII.

Confirmatio, & innovatio Privilegij Lucij Papæ prædecessoris de anno 1183. quo cavetur, ut nullus in Monasteria, Abbates, & Monachos Cistercienses excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias proferat, aut eodem Abbates contra Ordinis statuta professiones facere cogat.

I Clemens Episcopus, Servus **Sept.** vorum Dei. Dilectis filijs **2. an.** Abbatii Cisterciensi, & universis Co- **1308.** Abbatibus ejus, sub eodem Ordine Domino servientibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Quoddam privilegium felicis recordationis Lucij Papæ III. prædecessoris nostri, vobis, & Monasterijs vestris, eorumque fratribus concessum, Nobis ex parte vestra præsentatum, inspeximus diligenter, cuius tenor de verbo ad verbum talis est.

2 Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filijs Abbatii Cisterciensi, & universis Co-Abbatibus ejus, sub eodem Ordine Domino servientibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Monasticæ sinceritas disciplinæ, quām in puritate Ordinis, quem tenetis Æterni Conditoris providentia restauravit, illam semper invenit in Apostolica Sede clementiam, qua & vobis in Domino propositum virtutis acreseret, & aliorum devotio vestris provocaretur exemplis; ut per Coœlestium semitam mandatorum ad propositum feliciter brabium festinaret. Inter cætera vero licet Ordo vester ea se conservaverit Diocestanis Episcopis humiliter subjectum, ut salvis originalibus institutis eorum, semper vellet in magisterio subjacere: illud tamen hactenus de favore, ac protectione Apostolicæ

licet Sedis obtinuit, ut nullus in Monasteria, vel Abbates Ordinis memorati quamlibet Ecclesiasticam sententiam promeret: vel personas in eodem Ordine constitutas excommunicationis, vel suspensionis, seu interdicti promulgatione gravaret. Quia vero frigescente charitate multorum usque adeo malitia noscitur abundasse, ut nonnulli eorum, qui Ecclesijs Dei modernis temporibus sunt Prælati, transgrediantur terminos ab antiquioribus constitutos: & in vestrum specialiter Ordinem indebitam exercere non dubitent ultiōnem, præsentium litterarum inscriptione statuimus, ac auctoritate Apostolica confirmamus, ut nulli omnino licet in vos, vel Monasteria vestra, seu fratres inibi constitutos, contra id, quod ab origine Ordinis noscitur observatum, excommunicationis, vel suspensionis, seu interdicti sententiam promere: quia, si deprompta fuerit, auctoritate Apostolica decernimus non tenere. Adjicientes quoque decernimus, ut Archiepiscopi, & Episcopi in recipiendis professionibus, quæ à benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea sint forma, & expressione contenti, quæ ab origine Ordinis noscitur instituta: scilicet, ut Abbates ipsi salvo Ordine suo profiteri debeant, & contra statuta Ordinis nullam professionem facere compellantur.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Veronæ undecimo Kalendas Decembbris.

4 Nos itaque Sacrae vestræ Religionis induiti meritis, vestris supplicationibus favorabiliter annuentes, præfatum privilegium ratum, & gratum habemus: illudque auctoritate Apostolica ex certa scientia approbamus, & etiam innovamus. Decernentes ipsum perpetuam obtainere roboris firmitatem: quodque tenor hujusmodi sic insertus, plenam fidem, & probationem faciat, tam in judicio, quam extra judicium, etiamsi ipsum originale privi-

legium non appareret, nec etiam haberetur, nec sit necesse illud de cætero aliquatenus exhiberi.

5 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avinioni quarto Nonas Septembbris, Pontificatus nostri anno quarto.

Concordat prout est in authenticō transumpto.

SCRIPTURA XXXIII.

Ne Monachi Cistercienses teneantur ad præstationem collectarum, subsidiorum, & aliarum exactiōnum à Sede Apostolica imponendarum, nisi de Indulcio hoc fiat in litteris mentio specialis, etiamsi in illis apponatur consueta clausula, aliqua indulgentia non obstante.

Vide supra Scriptura 23.

1 **J**oannes Episcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filijs Abbatii Cistercij, ejusque Co-Abbatibus, & Conventibus universis Cistercienfis Ordinis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Religionis vestræ meretur honestas, ut vos speciali diligentēs in Domino charitate, prosequamur gratia Sedis Apostolicae, & favore. Sanè tenuitatem vestrorum reddituum, & preventuum solicite attendentes, ac per hoc volentes alicujus revelationis solatio vos gaudere, adinstar felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædecessoris nostri, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut ad præstationem aliquarum collectarum, subsidiorum, & aliarum exactiōnum imponendarum vobis, & domibus vestris à Sede Apostolica, seu Legatis ejusdem, aut ipsorum auctoritate, & mandato non teneamini per litteras ipsius Sedis, seu Legatorum ejus, quæ plenam, & expressam de indulgentia hujusmodi, & Ordine vestre non fecerint mentionem; etiamsi

con-

contineatur in eisdem litteris, quod id quod per eas mandatur, fiat aliqua indulgentia non obstante.

3 Nos enim excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, si quas occasione prædictorum in vos communiter, vel aliquos vestrum ab aliquo promulgari contigerit, decernimus non tenere.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessio-
nis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum. Datum Avinioni, Idus Augusti, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXXIV.

Ne fratres Mendicantes ad Ordines Monachorum Nigrorum, & Cisterciensium, absque Romani Pontificis speciali licentia, expressam faciente de indulto hujusmodi mentionem, transfire valeant.

Julij 1 Beneditus Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

4. an. 1335. 2 Regularem vitam professis sic expedit subtrahi omnem inquietudinis, & turbationis materiam, quod in contemplationis suavitate quiescere valeat, & tranquillum Domino reddere famulatum. Cum igitur ex eo quod professores Ordinum Mendicantium ad Monachorum Nigrorum, & Cisterciensium Ordines consueverunt pleniusque transfire; multas in dictis Ordinibus turbationes, infestationes, molestias, damna, & scandala provenisse experientia doceat manifestè: Nos his ex debito Pastoralis officij profuturo tempore occurrere cupientes, de consilio fratrum nostrorum decernimus, ne quis cujusvis Ordinis Mendicantium professor, ad aliquem dictorum duorum Ordinum quoquomodo transfire valeat, sine Romani Pontificis licentia speciali, plenam & expressam facien-

te de constitutione hujusmodi mentionem.

3 Non obstantibus privilegijs Apostolicis quibuscumque, concessis in contrarium dictis Ordinibus Mendicantium, seu eorum Prælatis, aut aliquibus eorundem, quæ quoad hoc nullius ex nunc fore decernimus firmitatis.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum. Datum Avinioni quarto Nonas Julij, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXXV.

Cistercienses, in Capellanos, seu familiares Papæ, aut Cardinalium assumpti, juridictioni, & obedientiæ Prelatorum Ordinis plenè subfunt.

1 **J**ohannes Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

2 Dùm uberes fructus, quos Ordo Cisterciensis in agro Militantis Ecclesiæ uberrimè, in exaltatione status præfatæ Ecclesiæ, & Religionis propagatione produxit hactenus, & producit assidue, paterna diligentia contemplamur. Saluberrimum fore dignoscimus, ut illa pro cultu divini nominis, & observantia regulari, in præfato Ordine decernamus, per quæ Ordo ipse salutaribus proficere valeat incrementis: & si qui ab observantia hujusmodi se quoquomodo laxatis obedientiæ habentis salutaribus, quomodolibet sequestrarent: ad cultum ipsum, disciplinæ fræno, prout pro eorum salute congruit, reducantur.

3 Hinc est, quod Nos, præmissorum intuitu, & ex certis alijs rationabilibus causis, animum nostrum moventibus, & dilectorum filiorum Abbatis Cisterciæ, & Coabbatum ejus dicti Ordinis, in hac parte supplicatio-

Yyy

ni

nibus inclinati, volumus, & hac præsenti, & perpetuo duratura constitutione decernimus, statuentes, quod omnes, & singuli dicti Ordinis professores, præsentes, & posteri, cujusque gradus, status, seu conditionis existant, in Capellanos honoris Sedis Apostolicæ, seu alicujus ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aut familiares cujuspiam ex præmissis, vel aliorum recepti, vel assumpti, ac de cætero, tam Apostolica, quam alia quavis auctoritate quomodolibet assumendi, non possint, vel debeant quoquomodo, & sub quacumque verborum concessione, à jurisdictione, correctione, superioritate, majoritate, seu obedientia sui superioris, & dilectorum filiorum Capituli Generalis præfati Ordinis eximi, virtute cuiusvis gratiæ, alicui præmissorum jam concessæ, seu imposterrum concedendæ, per Apostolicas, seu alias litteras, aut processus super illis forsitan habitos, vel habendos, quominus superioribus suis, & Capitulo præfatis, in omnibus & quoad omnia, secundum Constitutiones, & consuetudines ipsius Ordinis, plenè subsint, & parere debeant, & ad præmissorum observantiam distringi queant: præmissis, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscumque. Irritum, & inane decernentes ex nunc, quidquid super his scienter, vel ignoranter, quavis auctoritate attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contingit quomodolibet attentari.

4 Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostræ voluntatis, constitutionis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum. Datum Constantiæ VII. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat prout est in Diffinitionibus Ordinis de Alcantara.



bi boni...
Capitulum Generale, unum, alteri Mo-
nasterio potest unire.

SCRIPTURA XXXVI.

1 **J**oannes Episcopus, servus ser-
vorum Dei. Dilectis filijs Ab-
bati Monasterij Cistercij Cabilonensis
Diecesis, ejusque Coabbatibus uni-
versis, in eorum Generali Capitulo
quandocumque congregandis, salu-
tem, & Apostolicam benedictionem.
Jan.
26.an.
1415.

2 Sacra Religionis sub qua mun-
danis calcatis illecebris, devotum, &
sedulum in humilitatis spiritu exhi-
betis altissimo famulatum, merita pro-
merentur: ut ea, quæ vestre Religio-
nis, & Ordinis commoditatem respi-
ciunt, favore vobis benevolo conce-
damus.

3 Hinc est, quod Nos volentes
vestræ paci, & tranquillitati consulere,
vestris in hac parte supplicationibus
inclinati, ut quæcumque Monasteria
dicti Ordinis, tam Monachorum, quam
etiam Monialium, & quorum faculta-
tes, fructus, redditus, & proventus, non
sufficiunt ad sustentationem tot perso-
narum Regularium, in eisdem Monaste-
rijs pro tempore degentium, quot in
eis, pro augmento Divini Cultus, ac
Missis, & alijs Divinis Officijs celebra-
dis, secundum ejusdem Ordinis statu-
ta, & præmissorum, ac regularium ca-
remoniarum observantia, requiruntur:
alijs Monasterijs, Religionis, & Ordi-
nis prædicatorum, pro commodiori sus-
tentatione degentium in eisdem, &
quando pro statu, & quiete hujusmo-
di personarum, id noveritis expedire
(super quibus vestras conscientias one-
ramus) cum omnibus juribus, & perti-
nentijs suis, unum, videlicet, alteri
Monachorum, & aliud, alteri Monia-
lium Monasterijs ejusdem Ordinis Mo-
nasteria, cujuscumque taxæ, seu annui
valoris fuerint: & quæ cum eorum ju-
ribus, & pertinentijs suis universis,
præsentibus haberi volumus pro ex-
pressis, auctoritate Apostolica annexa-
tere, & unire.

4 Ita quod cedentibus, vel dece-
dentibus hujusmodi Monasteriorum
Abbatibus, vel Abbatis, seu Prioris-
bus, vel Priorissis (si Monasteria ipsa
per

per Piores, aut Priorissas fuerint solita gubernari) aut ea quomodolibet di-
mittentibus, liceat alijs Abbatibus, &
Abbatissis, ac Priorissis, quorum Mo-
nasterijs alia sic vacantia venient unien-
da, corporalem possessionem hujusmo-
di vacantium Monasteriorum uniendorum
jurumque, & pertinentiarum
prædictorum, auctoritate propria ap-
prehendere, & perpetuo retinere. Ac
fructus, redditus, & proventus dicto-
rum Monasteriorum uniendorum in
suos usus, ac pro sustentatione hujus-
modi personarum degentium in eis-
dem, liberè convertere (Dicæsan
loci, aut cuiuscumque alterius, super
hoc, licentia minime requisita) liberè,
& licite valeatis, devotioni vestræ, de
speciali dono gratiæ concedimus per
præsentes.

5 Non obstantibus quibuscumque
reservationibus generalibus, vel spe-
cialibus de hujusmodi, vel alijs Mo-
nasterijs Ordinum quorumcumque,
per Nos, aut Sedem Apostolicam hac-
tenus forsàn factis, necnon Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostoli-
cis, atque nostris, ac stabilimentis,
statutis, & consuetudinibus Monast-
eriorum, & Ordinis prædictorum, etiam
juramento, confirmatione Apostolica,
vel quacumque firmitate alia robora-
tis, ceterisque contrarijs quibuscum-
que.

6 Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ voluntatis,
& concessionis infringere, vel ei ausu
temerario contraire. Siquis autem hoc
attentare præsumpsit, indignatio-
nem Omnipotentis Dei, & Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum ejus se-
noverit incursum. Datum Constan-
tiæ VII. Kalendas Februarij, Pontifica-
tus nostri anno quinto.

*Concordat prout est in Diffinitionibus
Ordinis de Alcantara.*



SCRIPTURA XXXVII.

*Monasteria, & personæ Ordinis Cister-
cienfis, tam de possessionibus, ac novali-
bus acquisitis, vel acquirendis, ante vel
post Concilium Generale, quomodocum-
que, & qualitercumque excolantur,
quam de illis possessionibus de quibus
aliquis hacenius Decimas perce-
pit, à prestatione Decima-
rum eximuntur.*

1 **M**artinus Episcopus, servus Sept.
servorum Dei. Venerabi- 23.an.
bus fratribus Archiepiscopis, Episco- 1424.
pis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prior-
bus, Decanis, Archidiaconis, Præpo-
sitisi, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad
quos præsentes litteræ pervenerint, sa-
lutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Militanti Ecclesiæ, licet immeriti,
disponente Domino præsidentes,
circa curam Ecclesiarum ac Monaste-
riorum omnium solertia reddimur in-
defessa solicii, ut juxta debitum Pas-
toralis Officij, eorum occurramus dis-
pendijs & profectibus, divina coope-
rante clementia, salubriter intendamus.
Cum Abbates Cisterciensis Ordinis ad
commonitionem felicis recordationis
Innocentij Papæ prædecessoris nostri
statuerunt, ut de cætero fratres ipsius
Ordinis, ne occasione pñvilegiorum
suum gravarentur, de alienis terris,
& ab eo tempore acquirendis, si eas
proprijs manibus aut sumptibus cole-
rent, Decimas persolverent Ecclesijs,
quibus ratione prædiorum anteà sol-
vebantur, nisi cum eisdem Ecclesijs
aliter ducerent componendum. Dictus
prædecessor noster quia sperabat, ut
Ecclesiarum Prælati priores, & effi-
caciōres existerent ad exhibendum de
suis malefactoribus justitiae comple-
mentum, & eorum privilegia diligen-
tiūs, & perfectiūs observarent, statu-
tum hujusmodi gratum habentes &
ratum, hoc ad alias regulares, qui si-
milibus gaudent privilegijs extendi
voluit & mandavit. Sed (quod dolen-
tes referimus) res in contrarium est
versa, sicut ex gravi querela dilecti in
Christo filij Joannis Abbatis Cister-
ciensis, necnon aliorum Abbatum,
Priorum, Abbatissarum Nobis inno-
tuimus.

tuit, nonnulli Ecclesiarum Prælati, Archiepiscopi, & Episcopi, & alij Clerici, eorum privilegia temere contemnentes, & contendentes malitiosè ipsorum pervertere intellectum, ipsos, & ipsas, ac Conventus & Monasteria, Grangiasque inquietant multipliciter. Nam cum sit ipsis, ac præfato Ordini indultum, ut de novalibus, quæ proprijs sumptibus excolunt, sive de hortis, virgultis, & pificationibus suis, vel de suorum animalium nutrimentis nullus ab eis Decimas exigere, vel extorquere præsumat, quidam perverso intellectu conficto dicentes, quod hæc non possunt, nec debent intelligi, nisi de his quæ sunt ante Generale Concilium acquisita, ipsos, & dictum Ordinem, ac Monasteria dicti Ordinis, Grangiasque in genere & in specie super his multiplici vexatione fatigant.

3 Nos enim propagationem Ordinis, & tranquillitatem præfatorum Abbatum, Priorum, Abbatissarum, & Conventuum dicti Ordinis, intensis desiderijs affectantes, præfatis & pluribus alijs favoribus prosequi gratiæ amplioris, eorum supplicationibus inclinati, de speciali gratia, necnon ex consideratione nonnullorum Regum, & Principum, qui Nobis suas destinarunt litteras, concedentes, universitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus dictum Abbatem, & omnes, & singulos Abbates, Piores, Abbatissas, & omnia, & singula Monasteria, & singulares personas dicti Ordinis præsentia & futura, ubicumque pro tempore consistentia, & à præstatione Decimarum, tam de possessionibus habitis, ante, & post Concilium memoratum, quam de cetero habendis, & tam de novalibus, sive ante, sive post Concilium hujusmodi acquisitis, & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolunt, seu excolent, quam alias quomodocumque, vel qualitercumque excoluntur: & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis haec tenus percepit, necnon de hortis, virgultis, & pificationibus suis, & de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum omnino servetis immunes: contradictores per Censuram Ecclæsticam, appellatione postposita

compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: quibuscumque Constitutionibus, Apostolicis Ordinationibus, & alijs in contrarium editis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, non obstantibus.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostra voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se novet incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, nono Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

Concordat prout est in authenticō transumpto.

SCRIPTURA XXXVIII.

Nulla persona ad Monasteria seu Dignitates Abbatiales Ordinis Cisterciensis promoveatur, seu ad illa, vel ad illas per Conventus, aut alios dicti Ordinis Superiores admitti valeat, nisi prius saltē per integrum annum in dicto Ordine probata fuerit, & in eo professionem regularem emisferit.

1 **E**ugenius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dec. 13. an 1438

2 Meditatio cordis nostri assidua ad hoc vigilat & intendit, ut Regulares Ordines, & loca Religionis titulo insignita, prout illa indigere conspiciimus, ad statum salubrem & debitum reducantur, ne (quod absit) Apostolicae provisionis destituta suffragio, desolationis subjaceant detimento. Exhibita siquidem Nobis pro parte dilecti filij Joannis Abbatis Monasterij Cisterciensis, Cabilonensis Dioœcesis petitio continebat, quod cum sèpè ad pleraque Monasteria Cisterciensis Ordinis, & eorum Abbatiales Dignitates, nonnulli de plerisque mundi partibus, Ordinum diversorum professi, & quandoque Clerici Sæculares ordinamenta, laudabiles consuetudines, & statuta,

ac

ac regularem disciplinam dicti Ordinis ignorantes, promoveri contingat, propter quos taliter promotos, statutorum hujusmodi ignaros, secundum illa vivere, vel eorum subditos ad vivendum instruere non valentes, gravia nonnumquam in eodem Ordine scandala, & detrimenta haec tenus provenerunt, ac provenire timeatur verisimiliter in futurum, nisi super hoc Apostolicæ Sedis providentia suffragetur: Pro parte dicti Abbatis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut hujusmodi scandalis, & detrimentis obviare, dictique Ordinis salubrium institutorum directioni, conservationi, & statui opportunè providere de benignitate Apostolica dignaramur.

3 Nos igitur, qui religiosarum personarum quietem, ac piorum locorum conservationem, augmentum, & pacem procurari & propagari intensis desiderijs affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, hac perpetua Sanctione statuimus, & etiam ordinamus: quod de cetero ad Monasteria, sive Dignitates Abbatiales dicti Ordinis, nulli elegantur, seu etiam promoteantur, aut in Abbates præficiantur, seu ad illa, vel illas per Conventus, & alios dicti Ordinis superiores admitti valeant, & admittantur, nisi primò saltē per integrum annum in dicto Ordine probati fuerint, & in eo professionem per Monachos ejusdem Ordinis emitte solitam, emisserint regularem. Decernentes quorumcumque electiones, sive provisiones, aut promotiones quomodocumque, & qualitercumque, ac quavis auctoritate factas, irritas, & inanes, nulliusque existere roboris, vel momenti: Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscumque.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ Constitutionis, & Sanctionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Ferrariae anno Incarnationis Dominice millesimo quadragesimo trigesimo octo-

tavo. Idibus Decembris, Pontificatus nostri anno octavo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XXXIX.

Confirmatio Litterarum Martini V. in Concilio Confaciensi super revocatione aliarum Urbani VI. quibus cavebatur non posse fieri executionem Litterarum Apostolicarum, nisi prius Prælatis Ordinariis, seu Diœcesanis exhiberentur.

1 **E**ugenius Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis universis, & singulis Conservatoribus Judicibus, & Executoribus pro directione causarum, ac negotiorum dilectorum filiorum Cisterci, Cabilonensis Dioecesis, & aliorum ubilibet consuentium Cisterciensis Ordinis Monasteriorum Abbatum, ac Conventus contingentium, per Apostolicæ Sedis litteras deputatis, salutem & Apostolicam benedictionem. Humilibus supplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem felicis recordationis Martinus Papa V. prædecessor noster, litteras concessit tenoris subsequentis.

2 Martinus Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quod antidota morbis, hoc præstare solent statuta negotijs: sed plerumque contingit, ut profuturum putabatur judicio, noxiū inveniatur experimento. Sanè cum dudum in exordijs pestiferi, & antiquati schismatis, jam per Dei gratiam extinti, ad tollendum scandalū, quæ propter executionem diversarum litterarum, quæ ab his qui pro Romanis Pontificibus in diversis obedientijs se gerebant, in nonnullis partibus oriebantur. Urbanus VI. in sua obedientia nuncupatus, concederit quibusdam Prælatis, quod in eorum Civitatibus, & Dioecesis non posset fieri executio aliquarum litterarum Apostolicarum, nisi prius hujusmodi litteræ Prælatis ipsis, vel eorum Officialibus ad hoc deputatis, exhiberentur, & per ipsos approbatæ forent. Verum quia etiam deinde

ip-

ipſi Prælati, ſeu Officiales in conſuetudinem traxerunt, & aliqui prætextu statutorum Provincialium, ſeu Synodalium ſimiliter fervant, & fervari faciunt, quod litteras Apostolicas nullius exequi audeat, niſi poſtquam Prælati, ſeu Officiales ipſi per ſuas litteras, quas *vidimus*, ſeu *placet* nuncupant, mandent, & concedant, quod poſſint exequi per Judices in eis deputatos: propter quod executio litterarum Apostolicarum plus debito plerumque retardata fuit, & ſæpè ipſe litteræ Apostolicæ totaliter executione caruerunt, in gravem injuriam Sedis Apostolicæ, & enorū impetrantium præjudicium & gravamen.

3 Nos igitur censentes rationi conſonum, ut quod hujusmodi ſchismatis calamitas introduxit, pacis tempore auferatur, confeſſionem prædictam, & quæcumque statuta circa præmissa quomodolibet facta, auctoritate Apostolica, tenore preſentium hoc Sacro Conſanciensis approbante Concilio revocamus, caſſamus, & etiam annulamus: Ac volumus, & decernimus, quod Judices, & Executores quicumque in litteris Apostolicis deputati, & deputandi, & alij quicumque ad quos ſpectabit, necnon Notarij, & Tabelliones ſuper his requiſiti, vel requiriendi, abſque hujusmodi littera *vidimus*, ſeu *placet* nuncupata, ac etiam licentia, vel consenſu quoruſcumque Prælatorum, Patriarchali, aut alia qua- viſ Dignitate insignitorum, & locorum ordinariorum, aut Officialium eorumdem, liberè hujusmodi litteras Apostolicas exequi debent, atque poſſint. Nos enim eadem auctoritate decernimus, omnes & ſingulares ſententias, quas prædicti Prælati & Superiori, aut eorum Officiales contra hujusmodi Judices, vel Executores, ſeu impetrantes propter executiones hujusmodi, per eos faciendas forſan infixerint, vel promulgaverint, irritas, & inaneſ, ac nullius exiſtere roboris, vel momenti: necnon quemcumque, qui contra præmissa aliiquid attentare præſumpſerit, ab exercitio jurisdictionis Ecclesiæ per tres menses, ipſo facto ſuſpenſum.

4 Nulli ergo omnino hominum li-

ceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, annullationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei aſfu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Conſantiæ ſecundo Kalendas Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

5 Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Ciftercij, Cabilonensis Dioceſis, & aliorum Cifterciensis Ordinis Monasteriorum Abbatum, & Conventuum petitio continebat, licet, ut præmittitur, revocatio, caſſatio, annullatio, voluntas, & conſtitutio hujusmodi proceſſerint, ipſi tamen Abbates, & Conventus dubitent, quod nihilominus Apostolicas ab eis pro ſuis cauſis & negotijs obtentas, vobisque directas litteras, niſi præmiſſæ, quæ *vidimus*, ſeu *placet* nuncupatae ſunt, litteræ defuſper habeantur, veſtrum aliqui diſſerant, ſeu recuſent executioni demandare.

6 Nos igitur, quorum intereſt ſuper his opportunè providere, dictaque litteras ipſius prædeceſſoris viribus ſubſiſtere decernentes, diſcretioni veſtræ per Apostolica ſcripta mandamus, quatenus vos, & quilibet veſtrum, litteras vobis directas hujusmodi, iuſta illarum continentiam atque formam, quoties ſuper hoc pro parte dictorum Abbatum, & Conventuum, vel aliquorum ex eis requiſiti fueritis, etiam abſque hoc quod hujusmodi nuncupatae litteræ propterea petantur, vel obtieneantur, exequi nullatenus omittatis, noſtram, & præfatae Sedis animadverſionem ſi, quod abſit, ſecūs egeritis, non immerito formidantes. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentefimo quadragesimo ſexto, quinto Idū Februarij, Pontificatus noſtri anno ſextodecimo.

Concordat prout eft in authenticā transumpto.



SCRIPTURA XL.

Nullus audeat conversos Monachos Ordinis Cisterciensis professos fugitivos, seu rebelles recipere, vel etiam retinere; sed liceat Abbatibus Monasteriorum, ipsos absque alicujus inquisitione propria auctoritate capere, & juxta sui Ordinis instituta corrigere & punire.

Dec. I Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filijs

9. an. 1449. Abbati Cistercij, ejusque Coabbatis Monasteriorum Cisterciensis Ordinis, eorumque Conventibus universis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Religionis vestrae meretur honestas, ut quantò studiosius divinæ contemplationi vacatis, tantò quieti vestrae providere benignius studeamus divinæ contemplationi: vestris itaque supplicationibus inclinati, auctoritate præsentium inhibemus, ut nullus audeat conversos Monachos, & personas Ordinis vestri, professos fugitivos, seu rebelles recipere, vel etiam retinere; sed liceat vobis, ipsos absque alicujus inquisitione, propria auctoritate capere, ipsosque juxta vestri Ordinis corrigere instituta, requirendo ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularium personarum, quas si ad hoc illud vobis factò, vel verbo præstiterit moderatum, excommunicationis sententiæ volumus subjacere.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum apud Urbem Veterem quinto Idus Decembbris, Pontificatus nostri anno tertio.

Concordat prout est in authenticō transumpto.



SCRIPTURA XLI.

Confirmatio, & innovatio cuiusdam Privilegij Innocentij Papæ IV. concedentis Monachis professis in Ordine Cisterciensi, quod possint succedere in bonis parentum, perinde ac si in saeculo remansissent.

1 PIUS Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Julij
26.an.

1459.

2 Ad hoc divina nos miseratio (meritis licet insufficientibus) supremæ potestatis Ecclesiasticae Principatum obtainere disposuit, ut suam cuique justitiam, prout debitores existimus, ubilibet ministremus, & quæ religiosis personis sub suavi contemplationis jugo altissimo famulantibus, per prædecessores nostros Romanos Pontifices concessa comperimus, illorum inhærendo vestigis, dum à Nobis petitur, restorationis, & innovationis munimine propensiùs solidemus. Hinc est, quod Nos, quarundam felicis recordationis Innocentij Papæ IV. prædecessoris nostri litterarum, quas diligenter inspici, & examinari fecimus, tenore de verbo ad verbum, signis & characteribus duntaxat exceptis, præsentibus annotato, eas, cum incipiunt vetustate consumi, ad dilectorum filiorum Oratorum Generalis Capituli Ordinis Cisterciensis supplicationis instantiam, auctoritate Apostolica innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenor vero ipsarum litterarum talis est:

3 Innocentius Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filijs Abbati Cistercij, ejusque Coabbatis, & Conventibus universis Cisterciensis Ordinis, salutem & Apostolicam benedictionem. Devotionis vestrae precibus inclinati, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut possessiones, & alia bona mobilia, & immobilia, exceptis feudalibus, quæ personas fratribus ad Monasteria vestra è saeculo fuggient, & professionem facientium in eisdem, si remansissent in saeculo, ratione successionis, vel quocumque alio justo titulo contigissent, petere, ac retinere liberè valeatis: contra-

traria consuetudine non obstante.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessio-nis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni secundo Kalendas Novembbris, Pontificatus nostri anno quarto.

5 Per hoc autem cuique nullum jus de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

6 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ innovatio-nis, & commonitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Mantua anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, septimo Kalendas Augu-sti, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XLII.

Confirmatio, & innovatio cujusdam Pri-vilegij Bonifacij Papa VIII. de anno 1302. circa exemptionem Decimaru-m, & alterius Clementis VI. de anno 1342. super reddendis rationibus, & tra-dendis pecunijs Administra-tionum bonorum Ordinis.

Julij 1 PIUS Episcopus, servus ser-vorum Dei. Ad futuram rei me-
26.an. 1459. moriam. Ex Apostolica Sedis provi-sione, ac personarum præfertim sub re-gulari habitu virtutum Domino familiantium devotione provenire dignosci-tur, ut Romanus Pontifex quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innovet, & innovatio-ne restauret, ac auctoritate Apostolica fulciat innovata. Hinc est, quod Nos ad dilectorum filiorum Abbatis, & totius Generalis Capituli Ordinis Cistercien-sis instantiam, quasdam felicis recordationis Bonifacij VIII. & quasdam alias Clementis VI. prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum lit-

teras inspici, examinarique diligen-ter, & earum, cum incipient vetustate consumi, tenores præsentibus inseri fe-cimus, qui tales sunt:

2 Bonifacius Episcopus, servus ser-vorum Dei. Dilectis filijs universis Ab-batibus, Abbatissis, & Conventibus Ordinis Cisterciensis, tam præsentibus, quam futuris, salutem, & Apostoli-cam benedictionem. In Ecclesiæ fir-mamento, &c. *ut in fol. 719.* Datum Lateranensi decimoquinto Kalendas Januarij, Pontificatus nostri anno oc-tavo.

3 Clemens Episcopus, servus ser-vorum Dei. Ad futuram rei memo-riam. Apostolicae Sedis providentiæ cir-cunspecta, gesta etiam Summorum Pontificum attente prospiciens, & considerans diligenter, nonnumquam illa commutat in melius, & quando-que summovet, vel suspendit, cum causa rationabilis id exposcit. Dudum siquidem felicis recordationis Benedic-tus Papa XII. prædecessor noster, in Or-dinationibus, & Constitutionibus, quas pro utilitate Cisterciensis Ordinis edi-dit, inter cetera statuit, & etiam or-dinavit: quod Abbates Monasteriorum, vel aliorum conventionalium dicti Ordinis regiminibus Præsidentes, si dum extra Monasteria, & loca ipso-rum consisterent, de proventibus Mo-nasteriorum, & locorum ipsorum, vel aliunde pecunias aliquas eos recipere forte contingeret, in ipsorum regressu ad Monasteria, & loca prædicta, dictas pecunias traderent bursarijs in Monas-terijs, & locis hujusmodi deputatis, siqua de pecunijs ipsis expendissent computatis; Abbates vero, seu alij re-giminibus Præsidentes, si secus atten-tare, vel sibi talia retinere præsumerent, ab ingressu Ecclesiæ, ac Divinis Offi-cijs post lapsum duorum mensium à die regressus hujusmodi computan-dum, tandem suspensi existerent, do-nec ea traderent bursarijs memoratis. Cum autem nuper pro parte dilectorum filiorum Joannis Abbatis Cister-ciensis, ac cæterorum Coabbatum suorum, pridem in proximis Generali Capitulo congregatorum Cistercij, suo, & omnium aliorum Abbatum Cisterciensis Ordinis nomine, fuerit

Nobis humiliter supplicatum, ut cum præmissa eisdem Abbatibus, & Præsidentibus, qui virtute suæ Regulae plenam administrationem habere noscuntur, & juxta Regulam ipsam debent de omnibus ordinare, gravia valde redditur, & exinde videatur vilescere auctoritas officij Pastoralis, ac subditi se quoad hoc Superioribus majores suspicantes, in pluribus non obsequuntur Superiorum nutibus, sicut prius, in animarum suarum salutis dispensium, & contemptum obedientiæ regularis, super hoc de opportuno remedio providere salubriter dignaremur. Nos considerantes attentiùs, quod in tranquillitate cordis Auctori pacis acceptiùs deservitur, ex his, & alijs rationabilibus causis moventibus ad hoc animum nostrum inducti, & eorundem Abbatum devotis supplicationibus inclinati, poenam suspensionis hujusmodi auctoritate Apostolica præsentium tenore suspendimus, quo usque super hoc aliud duxerimus ordinandum. Volentes, & auctoritate eadem concedentes, quod siqui Abbates, seu Præsidentes poenam hujusmodi incurserunt, ab illa per dilectos filios Priors Claustrales Monasteriorum, & aliorum locorum suorum, quibus super hoc plenam concedimus facultatem, absolví valeant: & cum eis super irregularitate per eos indè contracta forsitan dispensari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avignonensi Nonis Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

4. Nos itaque dictorum Abbatis, & Capituli in hac parte supplicationibus inclinati, litteras, ac tenores hujusmodi auctoritate præfata præsentium serie innovamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum, si quod sit, tantummodo conservari.

5. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ innovatio-

nis, communionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Mantuae anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo quinquagesimo nono, septimo Kalendas Augosti, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto, exceptis omissionibus.

SCRIPTURA XLIII.

Quod nullus Princeps etiam Fundator Monasteriorum Cisterciensium prætextu Hospitalitatis eadem Monasteria gravare, aut ultra duas noctes ibidem manere posse. Et ne Abbates prætextu Ecclesiastarum Parochialium Monasterijs annexarum in Synodis Ordinariorum comparere teneantur; aut Monachi coram alijs judicibus, quam sui Ordinis Prælatis in judicium trahi possint.

1 PIUS Episcopus, servus servi *Julij* 26.an.
rum Dei. Ad futuram rei memoriam. *1459.*

2 In supernæ dignitatis specula, licet immeriti, disponente Domino constituti, digna exauditione vota personarum humilium, maximè divinis laudibus, sacræque Religionis observantiae deditarum, Apostolico favore prosequimur, & ipsarum, necnon Monasteriorum, & locorum regularium eorundem profectibus provisionis occurrimus gratia congruentis, eaque, Monasteria, loca, & personas ab injustis, & illicitis gravaminibus, vexationibus, & turbationibus relevare volumus, prout in Domino salubriter cognovimus expedire.

3 Sanè sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Generalis Cisterciensis Ordinis petitio continebat: Sæpiissimè contingit diversa Monasteria, & loca dicti Ordinis in diversis mundi partibus constituta, per sæculares Principes, & Dominos temporales, etiam Monasteriorum, & locorum hujusmodi Fundatores, vel de

Zzzz

ge-

genere eorundem, prætextu Hospitalitatis, aut alias, ut potè illa cum multitidine personarum copiosa inhabitando, & inibi per longum tempus pernoctando, stando, & manendo, ac magnos sumptus faciendo, & bona eorundem consumendo, multipliciter gravari, & opprimi: ac etiam cum aliqua ex Monasterijs, & locis Parochiales Ecclesias, quæ per perpetuos Vicarios regi, & gubernari solitæ sunt, sibi annexas habeant; locorum Ordinarij, & Dioecesani dilectos filios Abbates Monasteriorum, & locorum prædictorum ad comparendum in suis Synodis Archiepiscopalibus, & Episcopalibus compellunt; necnon aliqui ex Religiosis ejusdem Ordinis super nonnullis causis, & querelis inter ipsos pro tempore motis, ad alios quam dicti Ordinis Judices recurrunt, in magnum dispendium, gravamen, & vilipendium Monasteriorum, locorum, personarum, & Ordinis prædictorum. Quare pro parte dictorum Capituli Generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi super his opportunitè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4. Nos igitur cupientes super his salubriter providere, hujusmodi supplicationibus inclinati, universis, & singulis dilectis filijs quorumcumque Monasteriorum, & locorum Abbatibus pro tempore, & Conventibus dicti Ordinis auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, ac etiam statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nullus Princeps sæcularis, aut Dominus temporalis, etiamsi Fundator Monasteriorum, & locorum ipsorum fuerit, prætextu Hospitalitatis hujusmodi, aut alias, aliquod ex ipsis Monasterijs gravare, & ultra duas noctes inibi, vel locis ad ipsa Monasteria pertinentibus, sub poena excommunicationis, quam eos ipso facto incurrire volumus, remanere audeat, vel præsumat; sed de his, quæ sine gravamine eorundem Monasteriorum, & locorum ministrabuntur, contentus existat. Et nihilominus eisdem Abbatibus dicta auctoritate concedimus, quod ratione dictarum Ecclesiarum Parochialium (ut præfertur) annexarum, quamdiu in illis

perpetui Vicarij extiterint, in præfatis Synodis comparere, & interesse minime teneantur: nec ad id per locorum Ordinarios hujusmodi, seu alias à quoquam inviti valeant compelli, vel coarctari. Decernentes processus excommunicationis, aliasque sententias, & censuras, ac totum, & quidquid in contrarium forsitan attentari contigerit, ex nunc irrita fore, & inania. Præterea quibusvis Monachis, & Religiosis dicti Ordinis, etiam sub excommunicatio- nis, & depositionis Ordinis poena, ne de cætero pro quacumque causa, vel querela inter eos mota, vel movenda, in judicio, vel extra, præterquam auctoritate Apostolica, coram quacumque persona cujuscumque dignitatis, aut præminentiae, etiamsi Regalis, quæ non de dicto Ordine fuerit, per appellationem casu novitatis, vel alias, aliquem ex ipsis Religiosis trahere præsumant, vel audeant, eadem auctoritate districtius inhibemus; sed pro quibusvis suis causis, & querelis Religiosi ipsi coram Prælatis suis dicti Ordinis, ac demùm in Capitulo Generali hujusmodi comparere, ac de jure, & justitia respondere teneantur; quod si secùs egerint, sententiam excommunicatio- nis hujusmodi incurvant, ac à jure suo cadant eo ipso.

5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, locorum, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque: aut si Principibus sæcularibus, & Dominis temporalibus, ac Religiosis prædictis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim à Sede Apostolica indultum existat, quod interdicci, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

6. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum indulti, statuti, ordinationis, concessionis, decreti, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare

præ-

præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Mantuae anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo quinquagesimo nono, septimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XLIV.

Bulla confirmationis, O innovationis omnium Privilegiorum, Immunitatum, Conservatoriarum, Gratiarum, O Indulctorum Ordinis Cisterciensis.

Aug. 1 PIUS Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriā.

4. an. 1459. 2 Et si quibuslibet personis Ecclesiasticis, ac Religiosis, præsertim illis, qui mundi contemnentes illecebras in humilitatis habitu Regi cunctorum Principum in abstinentia, & divinis officijs suas animas devoverunt, ex paternæ pietatis officio tencamur assistere: professores tamen Cisterciensis Ordinis utriusque sexus eò ferventiori charitate complectimur, quo ipsum Ordinem in Dei Ecclesia conspicimur insignem, & uberi dilectione prosequimur: undè si quando privilegia, gratiae, & indulta pro exaltatione, & incremento ejusdem Ordinis, ac pace, & tranquillitate in eo virtutum Domino militantium, per Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut Imperatores, & Reges concessa, & indulta compemus, ut perpetuam firmitatem obtineant, ea merentur Apostolici roboris Clypeo communiri.

3 Sanè petitio dilectorum filiorum Abbatis Cisterciensis Monasterij, Cabilonensis Diocesis, ejusque Co-Abbatum, Abbatissarum, & Conventuum Ordinis ejusdem Nobis nuper exhibita continebat: quod olim nonnulla privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratiae, conservatoria, & indulta per felicis recordationis Innocentium IV. Alexandrum IV. Urbanum III. Gregorium VIII. Honorium III. Clementem V. & quamplures alios

Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu pro Romanis Pontificibus in eorum obedientijs habitos: ac etiam per recolendæ memoriae Prælatos, Pontifices, Imperatores, ac Romanos, & alios Reges pro augmento divini cultus, & saluberrimo statu, & incremento Ordinis prælibati concessa fuerint pariter & indulta. Verùm sicut eadem petitio subjungebat, cùm contingat interdùm dicti Ordinis professores contra hujusmodi privilegia, & indulta per locorum Ordinarios, ac Prælatos, & alios, qui nomen Domini invanum recipere non formidant, indebitè molestari: pro parte dictorum Abbatum Cistercij, Co-Abbatum ejus, Abbatissarum, & Conventuum Ordinis prælibati Nobis fuit humiliter supplicatum, ut hujusmodi privilegijs, gratijs, & indultis, ac litteris prædecessorum Prælatorum, Pontificum, Imperatorum, & Regum præfatorum robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias, ad eorum perpetuum robur obtainendum, partes Apostolicæ provisionis interponere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur, eorundem prædecessorum vestigijs inharentes, ac cupientes tranquillitat, & paci Abbatum, Abbatissarum, & Conventuum, ac professorum hujusmodi, quantum cum Domino possumus, providere, hujusmodi supplicationibus inclinati, privilegia, immunitates, libertates, exemptiones, conservatoria, gratias, & indulta per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, seu pro Romanis Pontificibus in eorum obedientijs habitos, Abbatibus dicti Monasterij Cistercij, ejus Co-Abbatibus, Abbatissis, & Conventibus Ordinis ejusdem conjunctim, vel divisim, ut præfertur, concessas, & concessa: necnon Prælatorum, Pontificum, Imperatorum, Regum, ac Dominorum temporalium litteras hujusmodi, & omnia & singula in eis contenta, prout ritè, & justè, ac rationabiliter processerunt, ac præfato Ordini fuerunt servata, quorum omnium, & singulorum tenores de verbo ad verbum præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, ex nunc in per-

petuum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, ac etiam confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Universos, & singulos Ecclesiæ Prælatos, Patriarchas, Prelates, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Piores, Decanos, Archidiaconos, Præpositos, Archipresbyteros, Officiales, ac alios in dignitate constitutos; necnon Principes Christianos, quacumque dignitate fulgentes, & eorum Officiarios, Civitatum quoque, Villarum, seu Communitatum Restores, & Majores, rogantes, monentes, & hortantes attentè, eisque per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pena districte præcipiendo mandantes, quatenus prædictos Abbates, Abbatissas, Conventus, & personas Ordinis prænominati, præfatis privilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, gratijs, conservatorijs, & indulxit, prout usi sunt, gaudere permittant pacifice, & quiete: contradicentes per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Decernentes ea fore ubicumque, & quandcumque exhibita fuerint, vel ostensa, in judicio, & extra in perpetuum observanda; ac ex nunc irritum, & inane quidquid imposterum contra approbationem, confirmationem, communionem, & decretum, nostra hujusmodi à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit quomodolibet attentari.

5 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communionis, rogationis, monitionis, hortationis, mandati, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Mantuae anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo quinquagesimo nono, Pridie Nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XLV.
Quod transumptis omnium Privilegiorum Ordinis Cisterciensis alicujus Episcopalis simul, & Abbatialis Curia sigillo, ac duorum seu plurium legalium Notariorum subscriptionibus, & signis munitis, omnimoda fides adhibetur: eisque in judicio & extra perinde stetur, ac si ipsa originalia Privilegia exhiberentur.

1 PIUS Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbatum, & Conventui Monasterij Cisterciensis, Cabillonensis Diœcesis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Solet Apostolicae Sedis copiosa benignitas honestis votis poscentium benignè annuere, & pro eorum, ac Monasteriorum, in quibus divinis obsequijs mancipati sunt, indemnitatibus salubriter providere. Sanè pro parte vestra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet vobis, ac præfato, & alijs Monasterijs vestri Ordinis, quām plura privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, & indulta fuerint ab Apostolica Sede concessa, prout in diversis litteris Apostolicis desuper confectis, quæ in Archivo ejusdem Monasterij ad perpetuam rei memoriam conservantur, pleniùs continetur. Quia tamen sèpè contingit, quod propter emergentium negotiorum opportunitates, & causas, & alias controversias, quæ super bonis dicti Ordinis sèpius oriuntur, ipsarum litterarum tenores ad Romanam Curiam, & alia remotissima loca in diversis judicijs vos exhibere oportet: vos instantis temporis malitiam, viarumque discrimina, & locorum distantiam non immēritò formidantes, litteras, & privilegia hujusmodi ad loca remota deferre pertimescitis, quo fit, ut ex hoc vestra, & Monasteriorum eorundem jura depereant, & eorum bona multipliciter dissipentur in non modicum vestrum, & Monasteriorum eorundem præjudicium, & gravamen. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, ut indemnati vestre super his opportunitate provideat paterna diligentia curaremus.

Nos

3 Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, ac vobis pariter indulgemus, quod transumptis alicujus Episcopalis simili, & Abbatialis Curiæ sigillis munitis, ac duorum seu plurium legalium Notariorum subscriptionibus, & signis subscriptis, & subsignatis, omnimoda fides adhibetur, cisque in judicio, & extra, ac ubicumque fuerint exhibita vel producta, perinde stetur: ipsaque transumpta omnimodam rei, seu facti certitudinem faciant, & illud idem robur obtineant in omnibus & per omnia, ac si ipsa originalia privilegia seu litteræ forent exhibita vel ostensa.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutio-
nis, & indulti infringere, vel ei ausu
temerario contraire. Siquis autem hoc
attentare præsumpserit, indignationem
Omnipotentis Dei, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no-
verit incursum. Datum Romæ apud
Sanctum Petrum, anno Incarnationis
Dominice millesimo quadragesimo
sexagesimo tertio, tertio Kalendas Ju-
lij, Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XLVI.

*Quod omnes Cisterciensis Ordinis perso-
ne, ac etiam Donati, Familiares, Æco-
nomi, Commensales, ceterique utrius-
que sexus dicti Ordinis dependentes, aut
famuli, ab omnibus Ecclesiasticis censu-
ris, & pœnis, criminibus, & excessi-
bus, etiam Sedi Apostolice reservatis,
in mortis articulo per Confessorem Or-
dinis absolvi possint: Ac plenariam re-
missionem peccatorum, & sanctifi-
sum Jubileum conse-
quantur.*

Dec. 1 **S**ixtus Episcopus, servus ser-
vum Dei. Dilectis filijs univer-
13.an. sis Abbatibus, Abbatis, Prioribus,
1475. Monachis, Militibus, Monialibus, No-
vitijs, Conversis, Donatis, Familiaribus,
continuis Commensalibus, Æco-
nomis, Procuratoribus, & alijs perso-
nis utriusque sexus Cisterciensis Ordi-

nis, praesentibus & futuris, salutem,
& Apostolicam benedictionem.

2 Sacrosanctæ Religionis vestræ
puritas, vitæ sanctimonia, fervor devo-
tionis, ac in Dominici agricultura la-
bor assiduitus, quibus ad supernum bra-
bium feliciter comprehendendum, cæ-
terisque fidelibus impetrandum, totis
insudatis viribus Nos provocant, ut
antiqui hostis jacula, quibus vos, cæ-
terosque spiritualis vita sectatores im-
petere, atque impedire nititur, scuto
nostræ protectionis tantò propellamus
diligentiùs, quantò de vestri profectùs
frustratione, si forte (quod absit) calidi
hostis decepti versutijs in vanum cur-
teretis, amplius doleremus. Hinc est,
quod Nos saluti animarum vestrarum
consulere cupientes, dilecti filij Himer-
berti Abbatis Cistercij devotis suppli-
cationibus inclinati, ut Confessor idoneus
de Ordine vestro, quem quilibet
vestrum ad hoc duxerit eligendum,
confessionibus vestris diligenter auditis,
ab omnibus, & singulis excommuni-
cationis, suspensionis, & interdicti,
alijsque Ecclesiasticis sententijs, cen-
furis, & pœnis, à jure, vel ab ho-
mene quomodolibet latis, quibus quo-
modolibet ligati fueritis, seu alter ves-
trum ligatus fuerit, necnon pro com-
missis per vos, & quemlibet vestrum
criminibus, excessibus, delictis, &
peccatis quibuscumque, quantumcum-
que enormibus, etiamsi talia fuerint,
propter quæ Sedes Apostolica merito
foret consulenda, semel in mortis ar-
ticulo debitam vobis, & quilibet ves-
trum absolutionem impendere, ac pœ-
nitentiam salutarem injungere: necnon
omnium peccatorum vestrorum, de
quibus corde contriti, & ore confessi
fueritis, plenariam remissionem, nec-
non sanctissimum Jubilæum, sive om-
nes, & singulas Indulgentias, ac ple-
nariam omnium peccatorum vestro-
rum remissionem per Nos, & præde-
cessores nostros Romanos Pontifices
Christifidelibus personaliter anno Ju-
bilæi Romam venientibus, & Ecclesiæ
ad hoc statutas, & deputatas verè con-
triti, & confessi visitantibus, quovis
modo concessas: & quas consequun-
tur, ac consequi possunt, ac si perso-
naliter veniretis, & easdem Ecclesiæ

per

per tempus ad hoc statutum visitaretis, ac omnia, & singula per Nos, & prædecessores nostros pro Jubilæo, sive Indulgentijs, & remissionibus hujusmodi consequendis ordinata adimpleretis, consequeremini, & haberetis, seu consequi, & habere possetis, vobis in sinceritate fidei, unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & devotione nostra, ac successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate Apostolica concedere valeat: Ita tamen, quod si vobis, vel alteri vestrū in aliqua infirmitate gravi, remissio, & Jubileum, sive Indulgencie hujusmodi concedantur, & mors inde non sequatur, nihilominus absoluti maneat, & quilibet vestrū maneat, ut præfertur, ac plenaria remissio, & Jubilæum, seu Indulgencie hujusmodi in vero mortis articulo iterum impendi possint, & vobis, ac vestrū cuilibet, ac si alia non præcessisset, suffragari, devotioni vestræ tenore præsentium indulgemus. Sic tamen, quod idem Confessor de his, de quibus fuerit alteris satisfactio impendenda, eam vobis, & alteri vestrū, ad quem spectabit, per vos, & dictum alterum vestrū, si supervixeritis, aut supervixerit, vel per alios, si forte tunc transiveritis, aut transiverit, faciendam injungat, quam vos, seu dictus alter vestrū, aut illi facere tenemini, ut præfertur. Et ne (quod absit) propter hujusmodi gratiam procliviores reddamini ad illicita imposturum committenda, volumus, quod si ex confidentia remissionis hujusmodi, aliqua forte alter vestrū committere, quoad illa prædicta remissio, & Jubilæum, sive Indulgencie hujusmodi illi nullatenus suffragentur: præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessonis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo septuagesimo quinto, Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat prout est in authenticā transumpto.

SCRIPTURA XLVII.

Quod omnes persone Ordinis Cisterciensis ad Capitulum Generale accedentes quolibet anno tunc, & infra viginti dies sequentes, ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis, necnon peccatis, criminibus, & excessibus, etiam Sanctæ Sedis reservatis, absolvi possint: & super irregularitate dispensari à quolibet idoneo Confessore ab ipsis eligendo, cum plenaria remissione peccatorum.

1 **P**hilippus miseratione Divina April.

Episcopus Portuensis, Sacro 3. an.

1476.

sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Universis, & singulis præsentes litteras, sive præsens publicum transumpti instrumentum inspecturis, visuris, lectoris, pariter & audituris, salutem in Domino, & præsentibus fidem indubam adhibere. Quia ratio exigit, & æquitas persuadet veritati testimonium perhibere; idcirco ad universitatis vestræ, & cujuslibet vestrū notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, quod supplicationem originalem manu Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Sixti Divina providentia Papæ IV. in Reverendissimorum, & Reverendorum in Christo Patrum, & Dominorum, Dominorum Guillermi Ostiensis, Bernardi Sabiniensis Episcoporum, Philiberti tituli Sanctæ Luciaæ in Silice Presbyteri miseratione Divina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium: Petri Episcopi Tirasonensis, ac bonæ memoriae Himberti quondam Cistercij, & Joannis Monasterij Beatae Mariæ de Balerna Cisterciensis Ordinis, Bisuntinensis, & Cabilonensis Dicecesum Abbatum, à nostra præsentia signata, unâ cum clausulis, & ejus signatura Nobis præsentata recepimus, hujusmodi sub tenore.

2 Beatissime Pater, licet Sacer Ordo Cisterciensis in summa puritatis, & de-

devotionis perfectione fundatus , tamdiu in vita sanctimonia , & per universa orbis climata ad ædificationem Ecclesiae Militantis cum odore virtutum eximio Religionis decore eminenter floruerit , & resplenderit : quamdiu juxta primævas Sanctorum Patrum institutiones Abbates , & personæ regulares ipsius Ordinis ex diversis Regnis , Provincijs , & alijs mundi partibus singulis annis diligenter ad Capituli Generalis celebrationem , & frequentationem accedere , & secundum ipsius statuta regularia vita cursum componere , vitiaque , & defectus contingentes reprimere , & emendare potuerunt ; tamen ab aliquibus annis citra propter guerrarum turbines , distantias locorum , Commandas de diversis Monasterijs ejusdem Ordinis factas , aliorumque sinistrorum eventuum , multiplices anfractus dicti Abbates , & personæ regulares ejusdem Ordinis parvo numero præfatum Generale Capitulum frequentre solent : unde Ordo ipse , qui prius in terris erat , velut Paradisus voluptatis Cœlestis , nunc quasi derelictus penè conversus est in ruinam , & desolationem , & miserandam patitur jacturam . Cum autem , Pater Sancte , non nisi per adventum dictorum Abbatum , & personarum regularium ejusdem Ordinis ad solemnum frequentationem , & annuam celebrationem ejusdem Capituli Generalis subveniri , & ut id , quod in eodem Ordine Dei gratia adhuc superest , conservari , & augeri : quod verò deperditum est , & colapsum reparari , & restaurari possit : supplicat Sanctitati vestræ devotus Orator vester , frater Himbertus Abbas Monasterij Cisterciensis , Cabilonensis Dioecesis , qui pro reparatione ejusdem Ordinis , ut præfati Abbates , & aliæ personæ ejusdem Ordinis ad dictum Generale Capitulum annis singulis transeant , & accedant , summoperè desiderat : quantum in præmissis opportune providendo : & Abbatum , & personarum predicatorum , animarum saluti salubriter consulendo , omnibus , & singulis Abbatibus , Prioribus , Monachis , Novitijs , Conversis , Donatis , Servitoribus , continuis Commensalibus , Procuratoribus , Nuntijs , & alijs ejusdem

Ordinis personis præsentibus , & futuris , qui perpetuis futuris temporibus dicto Generali Capitulo interfuerint , ut Confessor idoneus de dicto Ordine , cui secundum Ordinis instituta ex priorum Abbatum ordinatione alias confiteretur : & quem tunc , vel infra viginti dies immediate sequentes ad hoc quilibet ipsorum duxerit eligendum , eos , & eorum quemlibet ab omnibus , & singulis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , alijsque Ecclesiasticis sententijs , censuris , & poenitentia , à jure , vel ab homine , quavis occasione , vel causa latis , inflictis , & promulgatis , ac ferendis , promulgandis , & infligendis , alijsque eorum peccatis , delictis , criminibus , & excessibus quibuscumque , quantumcumque enoribus ; etiam si talia fuerint , propter quæ merito Sedes Apostolica foret consulenda , annis singulis quoties dicto Generali Capitulo interfuerint , semel duntaxat absolvere , & eis pro commissis poenitentiam salutarem injungere : Necnon super irregularitate quovis modo , & qualitercumque contracta , & contrahenda cum eis , & eorum quemlibet dispensare : Necnon plenariam remissionem , & absolutionem omnium , & singulorum peccatorum suorum tunc impendere possit , & valeat , licentiam , & facultatem concedere , & indulgere : Et insuper , quod transumptum præsentis supplicationis manu alicujus Notarij publici signatum , & sigillo alicujus Prælati Ecclesiastici sigillatum valeat , & eidem suffragetur , ac si præsens supplicatio apud quemlibet eorum existere , decernere , & declarare dignemini , de gratia speciali , Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque . Fiat ut petitur . F. Et de absolutione ab omnibus etiam reservatis casibus , & censuris , & de plenaria remissione omnium peccatorum ; & de dispensatione super irregularitate quovis modo contracta . Et semel duntaxat singulis annis pro præsentibus , & futuris Abbatibus , Prioribus , Monachis , Novitijs , Conversis , Donatis , Servitoribus , Commensalibus , Procuratoribus , Nuntijs , & alijs ejusdem Ordinis personis quibuscumque , quæ Ge-

Generali Capitulo interfuerint : Et quod hujusmodi facultas duret perpetuo: Et quod de præsentibus sub sigillo alicujus Prælati Ecclesiastici , & signo Notarij publici possit fieri transumptum , cui fides adhibeat : Et quod præsentis supplicationis sola signatura sufficiat absque aliarum litterarum Apostolicarum desuper confessio-ne. Fiat. F.

3 Qua quidem supplicatione sic per Nos recepta , visa , & diligenter inspecta , fuimus pro parte Reverendorum Patrum Dominorum Joannis Abbatis Monasterij Sancti Bernardi Valentiniensis , in Romana Curia Procuratoris Generalis , ac Joannis Abbatis Monasterij Beatæ Mariæ de Balerna præfati , debita cum instantia requisiti , quatenus supplicationem ipsam originalem , quæ per diversa loca ad singulorum vota commode deferri non potest , in forma authentica transumi , & exemplari , ac in publicam transumpti formam redigi mandare dignaremur. Nos igitur Philippus Cardinalis præfatus , attendentes requisitionem hujusmodi fore justam , & consonam rationi , supplicationem prædictam per Notarium publicum infra scriptum transumi , & exemplari , ac in publicam transumpti formam redigi mandavimus: decernentes , quod hujusmodi transumpto tanta fides adhibeat ubique locorum , quanta dictæ supplicationi originali daretur , & adhiberetur , si in medium produceretur. In quorum omnium , & singulorum fidem , & testimonium præmissorum præsentes litteras , sive præsens publicum instrumentum exinde fieri , & per Notarium publicum infra scriptum subscribi , & publicari mandavimus , sigillique nostri iussumus , & fecimus appensione muniri. Datum , & actum Roma in Dominibus residentiæ nostræ sub anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto , Indictione nona , die vero Mercurij tertio mensis Aprilis , Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri Domini Sixti Papæ IV. anno quinto. Præsentibus ibidem Reverendis in Christo Patribus , & Dominis Dominis Antonio Maria Limensi , & Baptista Vvintemiliensi Episcopis , ac Ve-

nerabili viro Domino Petro de Plaza Presbytero , Canonico Parmensi , testibus ad præmissa vocatis specialiter , & rogatis.

4 Et Ego Franciscus Beliardus , Canonicus Parmensis , publicus Apostolica , atque Imperiali auctoritatibus Notarius , quia præinsertæ supplicationis copiam , unâ cum originali supplicatione collationavi , & illam concordare feci , ac præsentis transumpti petitioni , & decreto , omnibusque alijs , & singulis dum sic , ut præmittitur , per Reverendissimum in Christo Patrem , & Dominum Dominum Philippum Episcopum , & Cardinalem præfatum , & coram eo agerentur , dicerentur , & fierent , unâ cum prænominatis testibus præsens interfui , eaque omnia , & singula sic fieri vidi , & audivi. Idcirco hoc præsens publicum instrumentum manu alterius , me alijs occupato negotijs , fideliter scriptum exinde confeci , subscripti , & publicavi , cum appositione nominis , & signi mei consueti , unâ cum præfati Reverendissimi Domini Cardinalis sigilli appensione rogatus , & requisitus , in fidem , & testimonium omnium , & singulorum præmissorum.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA XLVIII.

Per generalem Indulgentiarum revocationem non derogatur facultas de eligendo Confessore Cisterciensibus ad Capitulum Generale accendentibus concessa.

1 **U**niversis , & singulis Abbatis , Prioribus , Monachis , Donatis , & Conversis Ordinis Cisterciensis , salutem , & Apostolicam benedictionem.

2 Concessimus aliás vobis , & singulis vestrum , ad Generale Capitulum vestri Ordinis accendentibus , facultatem eligendi Confessorem , sub certis modo , & forma , prout in alijs nostris desuper confessis litteris pleniū continetur. Cum autem omnes hujusmodi facultates revocatae per Nos fuerint , humiliter Nobis de opportuno confirmationis remedio supplicari curastis .

No^t

3 Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, tenore presentium, facultatem hujusmodi de eligendo Confessore vobis concessam, juxta tenorem earumdem litterarum confirmantes, & approbantes, eam in suo pristino robore, & vigore esse, ac persistere decernimus, & declaramus: perinde ac si revocatio nostra hujusmodi quoad illam nullatenus emanasset. Dicta revocatione, ceterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

4 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vigesima tertia Julij millesimo quadringentesimo octogesimo primo, Pontificatus nostri anno decimo. L. Grifus.

Concordat prout est in Diffinitionibus Ordinis de Alcantara.

SCRIPTURA LXIX.

Confirmatio, & innovatio Privilegiorum Honorij III. de anno 1224. & Martini V. de anno 1424. super exemptione Decimarum de terris, & possessionibus Ordinis Cisterciensis ante Concilium Generale acquisitis, ac etiam de illis, quas alijs concederint excolendas, necnon de novalibus acquisitis, vel acquirendis ante, vel post memoratum Concilium, quomodocumque excolantur.

Seps. 1 **S**ixtus Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

2 Dispositione Divina gręgi Dominico (quamvis immeriti) praidentes, dum praeclara dilectorum filiorum Abbatis Cisterciensis, ejusque Co-Abbatum, & Priorum, ac dilectorum in Christo filiarum Abbatissarum, & aliarum personarum Cisterciensis Ordinis, honestatem, & merita Deo grata, & hominibus accepta, intra nostra mentis arcana recensemus, & ad commendabiles fructus, quibus operosis eorum ministerijs erga ipsum Deum, & homines hujusmodi indefignerter exuberant, nostros diffundimus cogitatus: vota illa ad exauditionis gratiam favorabiliter admittimus, per quae ipsorum statui, & indemnitatibus consultitur; & quae in illorum profectum emanasse comperi-

mis, præsidio muniminis Apostolici libenter solidamus: illa etiam pro posteriori cautela de novo eis concedendo. Sanè pro parte Abbatis, Co-Abbatum, Priorum, Abbatissarum, & personarum predicatorum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim felicis recordationis Honorius Papa III. predecessor noster, ut nullus ab eis de terris suis ante Generale Concilium acquisitis, etiam de illis, quas alijs concederant excolendas, & ad eos reddierant, si eas manibus proprijs aut sumptibus colerent, Decimas exigere, aut extorquere præsumeret, inter alia inhibuit. Et deinde pię memorie Martinus Papa V. etiam predecessor noster, Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ad quos suę super hoc confectę litterę pervenirent, expresse mandavit, ut Abbatem Cisterciensem, ac omnes, & singulos Abbates, Piores, Abbatissas, ac omnia, & singula Monasteria, necnon singulares personas dicti Ordinis præsentia, & futura, ubique pro tempore consistentia, à præstatione Decimarum, tam de possessionibus habitis ante, & post Concilium antedictum, quam de cetero habendis, & tam de novalibus, sive ante, sive post hujusmodi Concilium acquisitis, & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolebant, seu excoolerent, quam alijs quomodocumque, & qualitercumque excoolerentur: & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis haecenùs perceperisset, necnon de hortis, virgultis, punctionibus suis, ac de suorum animalium nutrimentis singuli ipsorum omnino servarent immunes; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc etiam, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, prout in ipsorum predecessorum litteris desuper confessis pleniū continetur.

3 Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, litterę ipsę incipiant vetustate consumi, & propter ea de illis, ac contentis in eisdem successu temporis ab aliquibus hastari posset, pro

parte Abbatis Cisterciensis, Co-Abbatum, Priorum, Abbatissarum, & personarum prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteras prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta, pro illorum subsistentia firmiori confirmare, & approbare, ac alias ipsis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos tranquillitatem, & utilitatem ipsius Ordinis, ac singularum personarum ejusdem supremis desiderantes affectibus, litteras tam Honorij, quam Martini prædecessorum hujusmodi, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, ratis, & gratas habentes, illas cum omnibus in his contentis clausulis Apostolica auctoritate præsentium tenore confirmamus, & approbamus, ac juxta omnimas earum continentias, & formas in sui roboris firmitate perpetuo subsistere decernimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsitan intervenient in eisdem: & nihilominus pro potiori cautela Abbatem Cisterciensem, ac omnes, & singulos Abbates, Priores, Abbatissas, necnon omnia, & singula Monasteria præsentia, & futura, ubilibet existentia, singulares personas dicti Ordinis à præstatione Decimarum, tam de possessionibus habitis ante, & post Concilium prædictum, quam de cætero habendis, & tam de novalibus, sive ante, sive post Concilium hujusmodi acquisitis, & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolunt, & excolet, quam alias quomodocumque, & qualitercumque excolantur: & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepit, necnon de hortis, virgultis, & pïscationibus suis, & de nutrimentis suorum animalium, auctoritate Apostolica prædicta de speciali gratia penitus eximus, & exempta fore perpetuo decernimus per præsentes, dicti Concilij, & quibuscumque alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium editis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, non obstantibus quibuscumque.

5 Verum, quia difficile foret præsentes originales litteras ad singula, in

quibus de eis fides forsitan facienda foret, loca deferre, volumus, ac dicta auctoritate decernimus, ipsarum transumptis alicujus Episcopalis, aut Superioris Ecclesiastice Curiae, seu Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Metropolitanæ, vel Cathedralis Ecclesiæ Canonici sigillo, & manu ac subscriptione alicujus Notarij publici munitis, tamquam præsentibus litteris, si exhiberentur, in judicio, & extra, plenam fidem ubilibet adhiberi, perinde ac si eadem præsentes litteræ exhibitæ forent, vel ostensæ.

6 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, supplicationis, constitutionis, exemptionis, decreti, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo secundo, sexto Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Concordat prout est in authentico transumpso.

SCRIPTURA L.

Confirmatio litterarum Sixti IV. de anno 1475. præcipientium Commendatarijs Cisterciensibus certum numerum Monachorum in suis Monasterijs habere; integras Horas, & Anniversaria celebrare; adiicia conservare; bona alienata reducere; subsidia, & contributiones persolvere; & duplex inventarium facere; necnon & Monachis, Novitijs, & Donatis semel in anno Abatti sua peccata confiteri, & in scriptis omnia bona ad eorum usum pertinentia fideliter manifestare.

I **I**nnocentius Episcopus, servus Nov. servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

2 Ex Apostolica Sedis provisione, necnon personarum devotarum, præsertim sub regulari observantia Dominino famulantium, pia devotione pro-

ve-

venire dignoscitur, ut Romanus Pontifex, quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum concessa innovet, & innovata auctoritate Apostolica communiat, ut eò firmius producent, quod sèpiùs fuerint Sedis Apostolicæ auctoritate, & protectione circumfulta. Dudùm siquidem à felicis recordationis Sixto Papa IV. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis.

3 Sixtus Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cura nostra in varijs rebus quotidiè emergentibus agitata circa hoc potissimè versatur, ut Pastorale officium in Sacrae Religionis Cisterciensis statu felici extendentes, ita ope nostræ provisionis salubriter provideamus, quod Ordo ipse, illiusque Monasteria, loca, & personæ in spiritualibus, & temporalibus detimenta non sustineant, sed optatæ felicitatis proficiant incrementis. Sanè licet Monasteria, & loca ejusdem Ordinis ab eorum primæva fundatione honorificè constructa, ac fructibus, redditibus, & proventibus pro sustentatione Abbatum, Monachorum, Ministrorum, & aliarum personarum inibi divinis laudibus infestantium competenter dotata, Librisque, Calicibus, & alijs Ornamentis divino cultui necessarijs munita, ac in vera obedientia suorum Superiorum persistentes numero sufficienti Monachi, quibus honestè in victr, & vestitu providebatur, instituti fuerunt; tamen ab aliquibus temporibus citra (sicuti veridica relatione accepimus) Monasteria, & loca ejusdem Ordinis, quæ nonnullæ personæ Ecclesiastice, Sæculares, & Regulares ex concessione, & dispensatione Sedis Apostolicæ in Commendam obtinent, & eorum structuris, & ædificijs ruunt: illorumque bona mobilia, & immobilia, necnon fructus, redditus, & proventus dissipantur: regularis observantia in illis, sicut deceret, non observatur: Officium Divinum decenter non solvit: Monachi instituti non sunt numero sufficienti: & existentes victr, & vestitum non habentes, ut deceret (proh do or!) ab obedientia suorum Superiorum retrahuntur: Ordo, Monasteria, & loca hujusmodi

confunduntur, & non modica patiuntur detrimenta in ipsius Ordinis illusionem, Divinæ Majestatis offensam, ac pernitosum exemplum, & scandalum plurimorum. Hinc est, quod Nos attendentes præmissa adeò esse notoria, quod nulla possunt tergiversatione zelari; quodque si super eisdem non provideatur, Monasteria, & loca ipsa penitus desolata manebunt: ac illa, nec non Ordo ipse irreparabilia patiuptur damna: ac cupientes, prout nostro incumbit officio, præmissis, ac scandalis, quæ propterea exoriri possunt, congruentibus remedij obviare, ac indemnitatibus Ordinis, Monasteriorum, locorum, Monachorum, Ministrorum, & personarum eorundem, quantum cum Deo possumus, opportunè provide, motu proprio, non ad aliquorum instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia omnes, & singulas personas Sæculares, & quorumcumque Ordinum Regulares præsentes, & futuras, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, excellentiæ, præminentia, & conditionis fuerint, quæ Monasteria, & loca ejusdem Ordinis, seu eorum aliquid in Commendam obtinent imprimètari, & forsè obtinebunt imposterum ubique locorum, etiam in Romana Curia commorantes, etiam si Archiepiscopali, Episcopali, vel aliqua alia Ecclesiastica, vel mundana dignitate fungantur, aut nostri, & Sedis prædictæ, seu prædecessorum, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum Notarij, Subdiaconi, Acoliti, Capellani, Cubicularij, seu alios Officiales, vel Familiares, aut fructuum, reddituum, & proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectores, Subcollectores, & quocumque exemptionis privilegio, etiam ratione personarum, & beneficiorum suorum gaudent, & muniantur; eorumque in ipsis Monasterijs, & locis Vicarios, Officiarios Sæculares, & Regulares, Monachos, Receptores, Servitores, & Oeconomos, ac eorum quemlibet, illorum, & cuiuslibet ipsorum nomina, & cognomina, qualitates præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium monemus

primò , secundò , & tertio , & peremptoriè communiter , & divisim , ac eis , & eorum cuilibet in virtute sancte obedientiae , & sub poenis , sententijs , & censuris infrascriptis , quas ferimus in his scriptis , & quas , ac earum quamlibet contrafacentes , eorumque compllices , fautores , & adhærentes , ac eorum quemlibet eo ipso incurrere volumus , districte præcipiendo mandantes , motu , & scientia similibus , quatenus omni appellatione sublata , & remota , infra terminum eisdem personis , seu Commendatarijs , ut præfertur , Monasteria , & loca hujusmodi in Comendam pro tempore obtinentibus , per Patrem Abbatem cuiuslibet ipsorum Monasteriorum , & locorum , seu illius , ac Capituli Generalis dicti Ordinis ad hoc Commissarium super præmissis , & infrascriptis , ac eorum quolibet , qualitate negotij pro tempore occurrentis pensata , statuendum , & præfigendum , & quem ex nunc , prout ex tunc , & è converso , eisdem , & earum cuilibet pro tertio , & peremptorio termino , ac monitione Canonica statuimus , præfigimus , & assignamus : in Monasterijs , & locis hujusmodi pro tempore commendatis numerum Monachorum per Patrem Abbatem , aut Commissarium præfatos , facultatibus ipsorum Monasteriorum , & locorum etiam pensatis , instituendum , taxandum , & moderandum habeant , sustineant , foveant , & conservent : necnon Monachis , Novitijs , Ministris , & alijs ipsorum Monasteriorum , & locorum personis sufficienter , & honestè de victu , & vestitu in Dormitorio , Refectorio , & ubique , secundum ipsius Ordinis laudabilem consuetudinem , & prout fit , & fieri consuevit in alijs Monasterijs dicti Ordinis non commendatis , dictum numerum Monachorum , Ministrorum , & Novitorum predictorum , ut præferatur , moderandum , instituendum , & taxandum directe , vel indirecte , nullo unquam tempore , quovis quæsito colore minuendo , provideant : ac sollicitè , & debitè in eisdem Monasterijs , & locis , ut præfertur , commendatis , Divinum Oficium , tam in Horis Canonicis , quam Beatae Mariæ , & Defunctorum , morose , devotè , & integrè ejusdem Ordinis

cæmonijs servatis , competentibus , & debitib[us] horis persolvere : Missas ejusdem Ordinis , & fundatas , necnon Anniversaria , ac quæcumque ordinata suffragia recitare , & dicere : ac secundum arbitrium , & iudicium Patris Abbatis , seu Commissarij prædictorum ædificia , tam in Monasterijs , & locis sic , ut præfertur , commendatis , quam extra necessaria construere : ædificata , constructa , & ruinosa quatenus indigebunt reparare , & restaurare : ac in cooperatoria , & alijs necessarijs omnibus , & singulis in bono , & condecorati statu manutenere : jura , libertates , possessiones , census , fructus , redditus , & proventus , Clenodia , Calices , Cruces , Reliquaria , Pontificalia , Jocalia , Veste[s] sacras , Ornamenta Ecclesiastica , Libros , Chartas , Vasa argentea , & cujusvis alterius metalli , supelæctilia , & quæcumque alia bona mobilia , & immobilia , ad Monasteria , seu loca hujusmodi commendata , seu aliquod ipsum Forum spectantia , & pertinentia , alienata , vel distracta , seu transportata ad ius , & proprietatem ipsorum Monasteriorum , & locorum reducere , & reponere : ac omnia illa , & singula alia contra omnem personam suadente iustitia per se , vel alios cum omni diligentia defendere , tueri , & prosequi faciant , & cum effectu procurent . Necnon Patri Abbat[i] , seu Commissario præfatis omnia , & singula charitativa subsidia , & contributiones per Generale Capitulum ejusdem Ordinis præfato Ordini , aut Abbatibus ejusdem pro tempore imponenda , plenariè , & integrè , secundum portionem eis juxta ipsius Ordinis institutiones taxatam , vel taxandam , exhibeant , & persolvant : eisque Patri Abbat[i] , & Commissario in omnibus , & per omnia pareant efficiaciter , & obedient : ac omnia , & singula per Patrem Abbatem , & Commissarium præfatos circa præmissa , aut aliquod eorundem , vel alia ejusdem Ordinis pro qualitate temporis explicanda , & ordinanda negotia , illa omnia , & singula , ac si de verbo ad verbum etiam præsentibus infererentur , pro expressis habentes , & haberi volentes , realiter & cum effectu faciant , & adimplere procurent : prout & quem-

quemadmodum prædictorum Commendatorum, & aliorum ejusdem Ordinis Monasteriorum Abbates hactenùs fecerunt, & facere consueverunt, & debuerunt, ac pro tempore existentes facient: inhibentes nihilominùs eisdem personis, sive Commendatarijs Sæcularibus, vel Regularibus, Monasteria, & loca hujusmodi in Commendam pro tempore obtinentibus, præsentibus, & futuris sub eisdem sententijs, & poenis, ne bona mobilia, aut immobilia hujusmodi, seu aliqua alia ad prædicta Monasteria, seu loca commendata, hujusmodi spectantia, quovis modo alienare, aut de novo infeudare, seu extra manus deputatorum, seu pro tempore per Conventus ipsorum Monasteriorum deputandorum, manus ponere præsumant. Et si (quod absit) mandatis, nominationibus, & inhibitionibus hujusmodi non paruerint, seu præmissa, & infra scripta, vel aliquod eorum non observaverint, & in quantum eos tangunt, & concernunt, seu tangere, & concernere poterunt, quomodolibet in futurum fecerint, non observari, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, personas, seu Commendatarios præfatos, eorumque Officiarios, Procuratores, Factores, Adhærentes, Monachos, Receptores, OEconomos, Vicarios, & Administratores, omnesque alios, & singulos in præmissis culpabiles, & rebelles, ac eorum quemlibet excommunicamus, & anathematizamus: ac prædictorum, & aliorum Monasteriorum, & locorum regimine, & administratione, necnon omnibus, & singulis alijs Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus, Beneficijs, Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Personatibus, Administrationibus, & Officijs cum cura, & sine cura, necnon annuis pensionibus, eis, & eorum cui libet, seu quorumcumque Monasteriorum, aut locorum, seu Mensarum, vel Beneficiorum Ecclesiasticorum fructibus, redditibus, & proventibus pro tempore assignatis, quæ in quibusvis Ecclesijs, sive locis obtainent, & percipiunt respectivè, motu, scientia, & auctoritate similibus privamus: & ad illa, vel quæcumque alia similia, vel dissimilia Monasteria, loca, Officia, &

Beneficia obtinenda perpetuò inhabilitamus: ipsosque omnes, & singulos excommunicationis, & anathematis sententias, ac privationis, & inhabilitationis poenas hujusmodi incurrisse, & incidisse; necnon excommunicatos, anathematizatos, ac Monasterijs, locis, illorumque regimine, & administratione, Officijs, Beneficijs, ac pensionibus prædictis privatos, & ad illa, & alia imposterūm obtinenda inhabiles fuisse, & esse declaramus, & decernimus.

4. Et insuper volumus, & perpetuò observandæ constitutionis, edita auctoritate, motu, & scientia similibus statuimus, & ordinamus, quod si contingat aliquod Monasterium ejusdem Ordinis de novo alicui Archiepiscopo, vel Episcopo, seu cuicunque alteri etiam dignitate prædicto, quavis auctoritate commendari, per illius Patrem Abbatem, seu ipsius, vel ejusdem Ordinis Commissarium, præsente ipsius Monasterij Commendatario, aut ejus legitimo Procuratore, de bonis ipsius Monasterij fiat inventarium, cuius unum duplum teneat ipse Commendatarius, & aliud apud Conventum ejusdem Monasterij maneat: ipseque Commendatarius antequam possessionem regiminis, & administrationis bonorum dicti Monasterij recipiat, juramento solemnni bona ipsa fideliter tractare, administrare, conservare, & defendere juret: & juramentum solemniter ab Abbatibus ipsius Ordinis in eorum assumptione præstare solitum; videlicet, quod bona mobilia, aut immobilia dicti Monasterij contra statuta dicti Ordinis non vendet, non alienabit, aut impignorabit, seu de novo infeudabit per se, vel alium, quocumque titulo, vel colore, sub poenis, & sententijs prædictis, & infra scriptis præstet.

5. Et insuper, quod Monachi, Novitiij, Conversi, & Donati cuiuslibet ipsorum Monasteriorum, & locorum ejusdem Ordinis Commendatorum, ut præfertur, semel in anno Patri Abbatij, seu Commissario prædictis de omnibus peccatis, & excessibus per eos, & eorum quemlibet ab ultima confessione Patri Abbatij, seu Commissario præfatis facta, commissis, & perpetratis confite-

ri integrè: & tunc sine fraude in scriptis omnium bonorum apud eos , & in eorum usum pro tempore existentium qualitatem, & quantitatem dare: Novitique ipsi Ordinem ipsum profiteri volentes , in manibus Patris Abbatis , seu Commissarij ipsius professionem expressè emittere debeant , & teneantur: ab ipsis Patre Abate , seu ejus Commissario benedictionem in talibus secundùm instituta ejusdem Ordinis concedi solitam humiliter recipiendo. Patri Abati vero , & Commissario præfatis , ut eosdem pro tempore eis confitentes de his , quæ eis confessi fuerint (nisi talia existant propter quæ meritò Sedes Apostolica fuerit consulenda) sicut Monachos proprios absolvere , & poenitentiam salutarem injungere. Ac etiam in dictis Monasterijs , sive locis commendatis commorantium confessiones audiant , & similem , vel potestatem limitatam absolvendi habeant , perpetuò deputare possint , licentiam concedimus pariter , & facultatem.

6 Præterea dilectis filiis universis præditorum Monasteriorum , & locorum pro tempore commendatorum Patribus Abbatibus per Apostolica scripta motu simili mandamus , quatenus ipsi , seu quilibet ipsorum in Monasterijs , & locis prædictis eis subditis , per se , vel alium , seu alios , præsentes litteras , & omnia , & singula in eis contenta , ubi , quando , & quotiens expedire viderint , solemniter publicantes , faciant sub sententijs , censuris , & poenis prædictis , ut præfertur , per Nos latis , omnia , & singula in præsentibus litteris contenta , & eorum quodlibet auctoritate prædicta inviolabiliter adimpleri , & observari : necnon omnes , & singulos , quos eis summarie constituerit in præmissis , & circa ea , seu aliquod ipsorum culpabiles , ac excommunicatio nis , & alias poenas prædictas incurrisse , excommunicatos , & anathematizatos , ac Beneficijs , Monasterijs , Officijs , & Pensionibus prædictis privatos , & ad illa , ac alia imposterum obtinenda inhabiles publicè , ac etiam specificè , & nominatim denuntient , & faciant ab alijs nuntiari , ac ab omnibus Christifidelibus arctius evitari , donec mandatis , & monitionibus , ac alijs

præmissis per Patrem Abbatem , seu Commissarium præfatos ordinandis plenariè , & integrè paruerint , & ab eisdem sententijs , & poenis absolutionis beneficium meruerint obtinere: contradictores in præmissis quoslibet , & rebelles , cuiuscumque dignitatis , præeminentiae , nobilitatis , status , gradus , ordinis , excellentiae , aut conditionis , ut præfertur , fuerint , per excommunicationis , suspensionis , & interdicti , ac prædictas , necnon formidabiliores alias , de quibus eis videbitur , sententias , censuras , & poenas , eadem auctoritate (appellatione etiam postposita) compescendo : & etiam legitimis super his per eos habendis , servatis processibus , omnes , & singulos prædictos , sic excommunicatos , necnon sententias hujusmodi quotiens opus fuerit dicta auctoritate aggravare , & reaggravare procurent: ac omnia , & singula alia faciant , & exequantur summarie , & de plano , sine strepitu , & figura judicij , nullis terminis substantialibus observatis , quæ eis , & cuilibet circa præmissa , vel aliquod ipsorum videbuntur exequenda , & facienda.

7 Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. quæ incipit : Statutum , quam Clementis V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum , ac in Concilio Generali de duabus diætis edita , alijsque Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , statutis quoque , & consuetudinibus Monasteriorum , locorum , & Ordinis hujusmodi , juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , contrarijs quibuscumque. Aut si eisdem personis , seu Commendatarijs prædictis , eorumque Officiarijs , vel quibusvis alijs communiter , vel divisim ab eadem sit Sede indultum , aut indulgeri contingat , quod interdici , suspendi , vel excommunicari , aut beneficijs suis privari , seu extra , vel certa loca ultra ad judicium evocari non possint , per litteras Apostolicas non facientes plenam , & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem : & quibusvis alijs privilegijs , indulgentijs , exemptionibus , indultis , concessionibus , & litteris Apostolicis generalibus , vel

vel specialibus eisdem personis , seu Commendatarijs , aut eorum Officiarijs , Procuratoribus , Receptòribus , Monachis , & OEconomis in genere , vel in specie , quovis modo concessis , & concedendis , quorumcumque tenorum existant , per quæ præsentibus non expressa , vel totaliter non inserta effectus præsentium , aut jurisdic̄tio Patrum Abbatum prædictorum impediri , vel alias quomodolibet differri possit : & quæ illis specialiter , & expresse derogando , quoad hoc nolumus aliquibus suffragari .

8 Nos enim eisdem Patribus Abbatis præfatis , & eorum cuilibet , ac Commissario prædictis , præfatas personas , Monasteria , & loca hujusmodi in Commendam pro tempore obtinentes , eorumque Vicarios , Procuratores , Receptores , & alios Officiarios prædictos , & eorum quemlibet in præfatas nostras sententias , aut earum aliquam incurrerint , sive incurrerit quoquomodo , postquam devotè , & humiliter mandatis , & monitionibus hujusmodi paruerint , seu paruerit (si hoc humiliter petierint) ab eisdem sententijs injunctis eis pro modo culpæ poenitentijs salutaribus , & alijs quæ de jure fuerint injungenda , auctoritate prædicta per se , vel per alium , seu alios absolvendi , ac ad beneficia tunc obtenta , & obtainenda rehabilitandi , & restituendi , necnon secum super irregularitate , si quam Missas , & alia Divina Officia celebrando , vel illis se immiscendo contraxerit , dispensandi : omnemque inhabilitatis , & infamiae maculam , sive notam per eos , seu alterum ipsorum præmissorum occasione quomodolibet contractam , penitus abolendi , eisdem auctoritate , & tenore concedimus facultatem .

9 Et insuper , quia difficile foret præsentes litteras Apostolicas ad quæcumque loca , in quibus illæ forent necessariæ transferri volumus , & auctoritate prædicta decernimus , quod eaurum transumptis manu alicujus Notarij publici subscriptis , sigillo alicujus Archiepiscopi , Episcopi , aut alterius Praeplati munitis , prorsus in judicio , & extra fides plenaria adhibeatur , & illis stetur in omnibus & per omnia , sicuti

originalibus litteris adhiberetur , & statuerit , si forent exhibitæ , vel ostensæ : quodque eadem præsentes litteræ , ac transumpta , ut præfertur , de eisdem facienda , necnon monitiones , intimations , publications , ac executiones per Patres Abbates , seu Commissarios præfatos , & eorum quemlibet super præmissis , seu aliquo eorundem pro tempore factæ , valvis , seu portis Monasteriorum , quorum occasione illas fieri contigerit , affigantur : & easdem personas , sive Commendatarios , ac alios omnes , & singulos prædictos ex tunc , & postea perinde ligent , & arcant , omni appellatione , ut præfertur , remota , ac si eisdem , & eorum cuiilibet personaliter intimatae , & lectæ fuissent . Et si aliquod Monasterium ejusdem Ordinis Patris Abbatis alicui personæ etiam Archiepiscopali , vel Episcopali , aut quavis aliqua alia dignitate præditæ , quovis modo , & quavis auctoritate , si forsè commendatum , vel imposterum commendari continget , quod eidem personæ , seu Commendatario nulla in præmissis , seu aliquo præmissorum sit attributa facultas , aut potestas , vel jurisdictio , seu executio ; sed illæ ex nunc prout ex tunc , & è contra ad immediatum ipsius Monasterij Patrem Abbatem devolutæ sint , & esse censeantur . Cæterum ex nunc irritum decernimus & inane , si secùs super his , seu aliquo ipsorum à quocquam , quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari .

10 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum monitionis , mandati , statuti , præfixionis , ascriptionis , inhibitionis , excommunicationis , anathematizationis , privationis , inhabilitationis , declarationis , constitutionis , voluntatis , ordinacionis , concessionis , derogationis , & decreti infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotens Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursurum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto , quarto Idus Martij , Pontificatus nostri anno quinto .

11 Cupientes igitur indemnitatibus singulorum Monasteriorum , & locorum dicti Cisterciensis Ordinis , qui hactenus suaves odoris fructus in Ecclesia Militanti produxit , quantum cum Deo possumus , ac ut litteræ prædictæ cum singulis in eis contentis , eò magis obseruentur , quò clariùs constiterit , ea deliberatione confirmata , qua concessa fuerint providere , dilectorum filiorum moderni Cisterciensis , Cabiliensis Dioecesis , ac aliorum Abbatum , & Conventuum , Monasteriorum , seu locorum Cisterciensis Ordinis in hac parte supplicationibus inclinati , litteras prædictas , ac omnia & singula in illis contenta , auctoritate Apostolica tenore præsentium innovamus , approbamus , & confirmamus , & robur perpetuae firmitatis obtinere : ac Commendatarios , necnon Monasteria , & loca dicti Ordinis in Commendam obtinentes , & alias personas in eisdem litteris expressas , ad complementum , observationem , & exhibitionem charitativorum subsidiorum , & contributionum , ac omnium & singulorum aliorum in eisdem litteris contentorum , sub sententijs , censuris , & pœnis in eisdem litteris contentis , alias juxta earundem litterarum tenorem , atque formam teneri , & obligatos fore decernimus , & declaramus . Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ac omnibus illis , quæ dictus Sextus prædecessor in præfatis voluit non obstat , ceterisque contrarijs quibuscumque .

12 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovacionis , approbationis , confirmationis , constitutionis , & declarationis infringere , vel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto , septimo Idus Novembris , Pontificatus nostri anno secundo .

Concordat prout est in authentico transumpto .

SCRIPTURA LI.

Bulla super nominatione Visitatorum in Capitulo Generali pro reformatis Monasterijs Ordinis : Super denuncianda excommunicatione , quam incurront Abbes non venientes ad dictum Capitulum : Et super solvendis contributio- nibus prædictis Monasterijs impositis .

¶ Innocentius Episcopus , servus Aug. servorum Dei . Dilectis filiis 10. an. Abbati Monasterij Cistercij , Cabiliensis Dioecesis , & Difinitoribus Capituli Generalis Cisterciensis Ordinis pro tempore celebrandi , salutem , & Apostolicam benedictionem .

2 Meditatio cordis nostri assidua hoc inter cætera continet specialiter , ut Monasteria , & alia loca Ecclesiastica præsertim Religionis titulo insignita , ac in eis divinis beneplacitis mancipatae personæ , ad debitæ reformatio- nis normam in spiritualibus , & temporalibus reducantur . Sanè sicut ad nostrum , non sine magnis clamoribus & querelis , etiam diversorum Regum , & Principum , aliorumque Dominorum temporalium , nostrique animi non parva displicentia pervenit auditum : in plerisque Monasterijs vestris ab aliquibus citra temporibus illa vera dicti Cisterciensis Ordinis Religio , quæ retroactis temporibus vigere consueverat , jam refrigerescere coepit : & aliqui ex Monachis , & Religiosis in illis degentibus , se in reprobum sensum dantes , Dei timore postposito , vitam ducent minus honestam , quam Religioni vestræ conveniat , in animarum suarum perniciem , Divinae Majestatis offendam , Religionis opprobrium , ac ipsorum Monasteriorum detrimentum , malumque exemplum , & scandalum plurimum . Quod creditur processisse , cum Monasteria prædicta , sicut decet , & mandant Instituta & Ordinationes dicti Ordinis vestri , ab eorum Superioribus visitata non fuerint ; & propterea præfati Reges , Princes , & Domini maxima cum instantia à Nobis postularunt , Monasteria , & loca prædicta in eorum terris , Regnis , & Dominijs consistentia , reformari , & ad debitam re-

gularem normam, & dicti Ordinis observantiam reduci: Et eorum aliqui videntes malum regimen Religiosorum vestrorum Ordinem ipsum in illis supprimi, & extingui, & alium Ordinem in eum institui: & nisi fuisset illa specialis dilectio, qua Ordinem vestrum prosequimur, ac etiam preces Venerabilis fratri nostri Joannis Episcopi Albensis, dicti Ordinis Protectoris, & non nullorum Praelatorum, Refrendariorum nostrorum domesticorum, qui dicto Ordini vestro plurimum afficiuntur: & magna cum diligentia ad supersendum, donec vobis praemissa significaremus, Nos plurimus hortati fuerunt, & super hoc Nobis instantissime supplicarunt, tot clamoribus & querelis excitati non potuissemus Nos continere, quin aliquam desuper provisionem debitam adhibuissimus; præsertim intervenientibus tot Regum, Principum, & Dominorum querimonij, & plurimorum aliorum fidei dignorum relatione.

3 Quare cupientes, prout nostro incumbit officio, super his debite prævidere: & quod in Monasterijs, & locis prædictis omnino vigeat observantia regularis, vos paterna charitate licet majorem in modum hortamur in Domino, & attentè monemus, vobis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ poena, quam eo ipso, si contra feceritis, incuratis, auctoritate Apostolica tenore præsentium districtè præcipiendo mandantes, ut omnia & singula dicti Ordinis vestri Monasteria, atque loca ubilibet consistentia, per vos metipos, vel alias Abbates dicti Ordinis vestri idoneos, quos ad id duixeritis deputandos, post Capitulum proximè celebrandum finitum, & deinde singulis annis personaliter visitare: & quæ in illis reformatione, correptione, & emendatione noveritis indigere, illa tamen in capitibus, quam in membris, ac spiritualibus & temporalibus corrigere, reformare, & emendare; ac ad veram regulam & normam dicti Ordinis vestri, & secundum illius Instituta, & Ordinationes taliter reducere beatis, quod in Monasterijs, & locis prædictis vera dicti Ordinis Cisterciensis Religio, quam profitemini, vigeat,

& perseveret: ac clamores Regum, Principum, Dominorum, & aliorum prædictorum cessent: ipsique inducantur, prout retroactis temporibus fecerunt, ad ampliationem, & augmentum dicti Ordinis vestri: vosque apud Nos, & hanc Sanctam Sedem non immerito commendari, & apud Divinam Majestatem præmia felicitatis æternæ consequi valeatis: quod si forsitan (quod non credimus) facere distuleritis, cogemur contra vos, & dictum Ordinem vestrum in Monasterijs, & locis prædictis, in quibus vera religio, & observantia dicti Ordinis defecit (quod Nobis certè admodum displiceret) suppressendo, & extinguendo, & alium Ordinem in illis instituendo, ac alia faciendo, prout desuper noverimus expedire. Vos autem taliter (prout de vobis confidimus) providere velitis, quod ad præmissa peragenda Nobis non sit deveniendum: ipsique Reges, Princes, & Domini, prout hactenus de dicto Ordine vestro, & Religiosis illius conquesti fuerunt, possint, mutata eorum per bona opera vestra, & Religiosorum dicti Ordinis vestri sententia, non immerito vos, & dictum Ordinem vestrum condignis laudibus commendare, & in dies ad benefaciendum dicto Ordini vestro inducantur: in quo rem profecto Nobis, qui, ut prædictimus, dictum Ordinem vestrum inter ceteros Ordines quadam peculiari dilectione prosequimur, & in visceribus gerimus charitatis, & huic Sanctæ Sedi gratissimam effeceritis.

4 Et insuper inhærentes vestigijs felicis recordationis Benedicti Papæ XII. prædecessoris nostri, qui voluit, & mandavit, ad Generale Capitulum dicti Ordinis vestri, quod singulis annis celebratur, omnes & singulos Abbates, qui juxta statuta ipsius Ordinis vestri tenentur accedere, debere etiam sub simili excommunicationis latæ sententiæ poena, eo ipso, si contra fecerint, incurenda; eisdem Abbatibus injungimus, & mandamus, ut sub poenâ in litteris ipsius Benedicti prædecessoris nostri desuper confessis, contentis, ad ipsum Capitulum Generale singulis annis, cessante legitimo impedimento, seu obtenta ab eo, qui dare potest licentia

Bbbb

spe.

speciali, quam exhibere debeant, venire teneantur. Præcipientes etiam dicto Capitulo Generali sub simili poena, ut quolibet anno dictam excommunicationis sententiam auctoritate Apostolica publicent, & denuntient: & etiam cum maxima maturitate, & diligentia excusationes proponendas per non venientes ad dictum Capitulum Generale discutiant, ac examinent; & deinde, prout eis videbitur, & super quo eorum conscientias plurimum oneramus, rejcant, vel admittant: & alias juxta litterarum Benedicti prædecessoris hujusmodi continentiam, & tenorem debite provideant. Eadem Capitulo, & Abbatii Cisterci pro tempore existenti harum serie liberam facultatem concedentes, innodatos hujusmodi excommunicationis sententia ob eorum non accessum ad dictum Capitulum Generale (si hoc humiliter petierint) ab illa per se, vel alium, seu alios, quem, vel quos ad id duxerint deputandum, seu etiam deputandos absolventi, injunctis inde eis pro modo culpare poenitentia salutari, & alijs quæ de jure fuerint injungenda.

5 Coeterum quia, sicut etiam accepimus, nonnulli ex Abbatibus, sive Commendatarijs, ac Prioribus, & Officiarijs Monasteriorum, Prioratum, & locorum dicti Ordinis vestri contributiones juxta taxas per Benedictum prædecessorem hujusmodi factas, eos contingentes, ut decet, & tenentur, solvere non curant; ex quo maximum dicto Ordini præjudicium generatur, & si contributiones hujusmodi cessarent, sequeretur exinde totalis dicti Ordinis vestri destruētio: volumus, & sub simili excommunicationis sententia, ac privationis Monasteriorum, Prioratum, & Officiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebunt; necnon cessationis Commendarum, latæ sententiae poena, & eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus, ut de cætero singulis annis juxta taxas hujusmodi modo tam infra scripto reducendas, & limitandas; ac alias juxta litterarum, tam piæ memoriarum Sixti Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, quæ nostrarum, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, haberi volumus pro suffi-

cienter expressis, continentiam, & tenorem solvant, & pro præterito tempore, qui debitores erunt, etiam integrè satisfaciant: Impedientes vero quovis modo directè, vel indirectè, etiam per forum sæculare solutionem contributionum hujusmodi; & quidquam de illis absque mandato Capituli Generalis, aut Abbatis Cisterci prædictorum percipientes, & levantes, etiam similem excommunicationis sententiam incurvant, à qua, tam non solventes, quam impeditentes, & levantes, sine licentia prædicta, non nisi à Romano Pontifice, præter quam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa, absolvit possint. Præterea quoniam à tempore, quo dictæ taxæ factæ fuerunt, multa Monasteria sunt depauperata, & alia in redditibus augmentum suscepit, & non videtur justum & honestum, quod taxæ debeant solvi, prout alias tempore, quo dicta Monasteria erant majoris valoris, seu minoris, quam nunc sunt, ordinatae fuerunt: Ideò Capitulo Generali mandamus, ut de fructibus, redditibus, & proventibus omnium Monasteriorum prædictorum se diligenter informent: & juxta qualitatem dictorum Monasteriorum, & reddituum illorum, ac statum, in quibus ad præsens reperiuntur, taxas hujusmodi reducant, limitent, & moderentur. Universis, & singulis Abbatibus, Commendatarijs, Prioribus, & Officiarijs dicti Ordinis, qui ad solutionem & contributionem hujusmodi sunt obligati, etiam sub similibus poenis, eo ipso incurrendis, districte præcipiendo mandantes, ut quovis appellationis obstaculo non obstante, & quacumque exceptione & dilatione cessantibus, ordinationi super contributionibus hujusmodi per dictum Capitulum Generale facienda, omnino pareant, & intendant.

6 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis vestri prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; necnon omnibus illis, quæ præfati prædecessores in suis, & Nos in nostris litteris prædictis

SCRIPTURA LII.

volumus non obstatere , contra ijs qui
buscumque. Aut si Abbatibus , Com-
mendatarijs , Prioribus , & Officiarijs
prædictis , vel quibusvis alijs communi-
ter , vel divisim ab eadem sit Sede in-
dultum , quod ad præstationem , vel so-
lutionem aliquam contributionum non
teneantur , & ad id compelli , aut quod
interdici , suspendi , vel excommunicari
non possint per litteras Apostolicas
non facientes plenam & expressam , ac
de verbo ad verbum de indulto hujus-
modi mentionem : & quibuslibet alijs
privilegijs , indulgentijs , & litteris
Apostolicis generalibus , vel speciali-
bus , quorumcumque tenorum existant ,
per quæ præsentibus non expressa , vel
totaliter non inserta , effectus earum
impediri valeant quomodolibet , vel
differri : & de quibus , quorumque to-
tis tenoribus habenda sit in nostris lit-
teris mentio specialis , quæ quo ad præ-
missa volumus eis nullatenus suffragari .

7 Verum quia difficile foret præ-
sentes litteras ad singula quæque loca ,
in quibus expediens foret , deferre , vo-
lumus , & præfata Apostolica auctoritate
decernimus , quod illarum trans-
sumptis manu alicuius publici Notarij
indè rogati subscriptis , & sigillo Capitu-
li , aut Abbatis Cistercij prædicto-
rum , vel alterius Prælati , aut personæ
in Ecclesiastica dignitate constitutæ ,
seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis , ea
prorsus fides in judicio , & extra , &
alijs ubilibet adhibeatur , quæ præsen-
tibus adhiberetur , si essent exhibitæ ,
vel ostensæ . Datum Romæ apud Sanctum
Petrum , anno Incarnationis Do-
minicæ millesimo quadringentesimo
octuagesimo septimo , quarto Idus Au-
gusti , Pontificatus nostri anno tertio .

*Concordat prout est in authenticō
transumpto .*

*Causas omnes fratrum Cisterciensium ,
tām in Romana Curia , quām extra , co-
ram quibuscumque Judicibus pendentes ,
ad se Romanus Pontifex advocat , ac eas
illis ad quos juxta Cisterciensis Ordinis
statuta spectant , remittit , absque fi-
gura judicij sola facti veritate
inspecta , decidendas .*

I **I**nnocentius Episcopus , servus Aug.
servorum Dei . Ad perpetuam 10. an.
rei memoriam . 1487.

2 Et si pro cunctorum sub regulari
observantia Domino militantium , sta-
tu prosperè conservando , ex injuncto
Nobis desuper Apostolica servitutis
officio paternis teneamur curis inten-
dere ; ad Religiosos tamen Cisterciensis
Ordinis , quos ob eorum bonos & exem-
plares mores , ac uberes fructus , quos
in agro Militantis Ecclesiæ afferunt , in
visceribus gerimus charitatis , dirigi-
mus oculos nostræ mentis ; præcipue ut
litigiorum anfractibus , & singulis ab
eis sublati dispensijs , liberiùs , & quieti-
ius altissimo valeant famulari : & non
cogantur hinc indè discurrere cum eo-
rum , ac Monasteriorum , & Religiosor-
um locorum dicti Ordinis dispendio
& detrimento . Sanè sicut accepimus ,
licet alijs per Capitulum Generale dic-
ti Ordinis providè statutum , & ordina-
tum fuerit , ne quisquam Abbas , aut
Abbatissa , seu etiam alia quævis Ordi-
nis prædicti persona , quamcumque
aliam personam Ordinis ejusdem de-
cetero auderet alibi , quam coram ip-
sius Ordinis Judicibus , etiam per viam
appellationis trahere , seu compellere :
aut quascumque litteras desuper à Se-
de Apostolica impetraret , sub certis poe-
nis & censuris tunc expressis : Plerique
tamen Religiosi Ordinis prædicti pro-
priæ salutis immemores , pacisque , &
Religionis emulo procurante , contra
statuta , ordinationes , & diffinitiones
hujusmodi ; necnon privilegia Aposto-
lica per felicis recordationis Alexandru-
m IV. & Bonifacium VIII. ac alios
Romanos Pontifices prædecessores nos-
tros desuper provida deliberatione
concessa , temere venientes , ac dictas
poenas , & censuras non verentes , alios



Religiosos, & dicti Ordinis personas, Abbates, Piores, ac Administrationes, & Officia in dicto Ordine obtinentes, diversis exquisitis vijs & coloribus, ac etiam per appellationes extra dictum Ordinem ad judicium etiam (quod detestabilius est) sacerdotale trahere, ac contra eos super Monasterijs, Prioratibus, Dignitatibus, Administrationibus, & Officijs dicti Ordinis: necnon illa contingentibus juribus, jurisdictionibus, correctionibus, punitionibus, & rebus alijs causas movere, & agitare; eosque laboribus, & expensis fatigare non verentur: unde Monasteriorum, Prioratum, & aliorum Religiosorum locorum, ac beneficiorum dicti Ordinis substantia in litibus inestimabiliter consumitur; dictaque Monasteria, Prioratus, Religiosa loca, & beneficia varia haec tenus propterea subierunt, & in dies subeunt detimenta: ipsique Religiosi hinc inde propterea discurrere coguntur, ac correctiones & punitiones suorum excessuum evitare nuntuntur, in non modicum dicti Ordinis præjudicium, & detrimentum.

3 Nos igitur, ad quos super his spectat providere, motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, ex præmissis, & certis alijs rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus, omnes & singulas querelas, causas, lites, & controversias in Romana Curia, vel extra eam, coram quibuscumque Judicibus, & Commissarijs, in quacumque instantia, quarumcumque commissionum, & litterarum Apostolicarum prætextu, etiam per appellationem, vel alias inter Abbates, Piores, Abbatissas, Priorissas, ac alios, Administrationes, Officia, Dignitates, & Beneficia dicti Ordinis in titulum obtinentes; ac alias dicti Ordinis personas intentatas, in quibus ad conclusionis actum, & ad effectum ferendarum sententiarum nondum processum existat: quarum omnium status & merita, ac Judicium, & personarum colligantium nomina, cognomina, & qualitates præsentibus pro expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica harum serie ad Nos advocantes: ac eas

ad dilectos filios Monasterij Cisterciensis, Cabilonensis Diocesis, ac alios dicti Ordinis Patres Abbates, ac Generale Capitulum Ordinis ejusdem, vel illos, ad quos juxta Statuta, & Ordinationes dicti Ordinis spectat, decidendas, cognoscendas, & fine debito terminandas, remittentes: motu, scientia, & auctoritate similibus, tenore præsentium perpetuæ, & irrefragabilis constitutionis edito statuimus, decernimus, & ordinamus, quod præmissæ causæ sic advocatæ (servatis tamen in his legitimis haec tenus habitis processibus) necnon quælibet aliæ querelæ, questiones, lites, causæ, & controversiae, quas deinceps inter Abbates, Abbatissas, Piores, Priorissas, & alios Religiosos prædictos, præsentes & futuros, ex similibus, vel dissimilibus occasionibus oriri, & moveri contigerit quovis modo, cum omnibus & singulis suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis & connexis, cuiusvis appellationis, præterquam in denegatae justitiæ, vel illati propterea contra Statuta, & Ordinationes hujusmodi gravaminis casibus, remoto obstaculo per Capitulum, aut Abbates hujusmodi, five illos, quibus eas ipse duxerit committendas; aut forsitan alios, ad quos juxta statuta, & consuetudines hujusmodi spectat, etiam usque ad tertiam diffinitivam sententiam inclusivè, etiam summiè, simpliciter, & de plano, absque strepitu & figura judicij, sola facti veritate inspecta, audiuntur, jam pendentibus, & sic per Nos advocatis in statu debito restumptis: necnon juxta laudabilia statuta, & consuetudines hujusmodi, & prout alias juris fuerit, debito fine decidantur: omnesque, & singuli Abbates, Piores, & alij Dignitates, Administrationes, & Officia obtinentes; ac aliæ personæ dicti Ordinis postquam de mandato Abbatis, & Capituli Generalis prædictorum, vel aliorum, ad quos juxta statuta, & consuetudines hujusmodi pertinet, seu pertinebit in futurum ad comparendum coram ipsis in quibusvis contra eos intentandis causis, in locis etiam quantumcumque remotis citati fuerint, coram eis, prout congruerit, legitimè comparere debeat,

beant, & teneantur, juri, & justitiae parituri. Et nihilominus, ut statutum, decretum, & ordinatio hujusmodi firma permaneant, dictique Religiosi ad contraveniendum pœnæ saltem formidinem retrahantur, præmissis auctoritate, motu, & scientia præfatis adjicimus, quod illi ex Abbatibus, Abbatis, Prioribus, Priorissis, Dignitates, Administrationes, & Officia obtinentibus, & alijs personis præfatis, qui eorum aliquem super quibusvis querelis, rebus, vel negotijs præterquam in casibus prædictis coram alio quam Abate Cistercij, aut alijs præfatis, ad quos, ut præfertur, pertinet, juxta statuta, & consuetudines hujusmodi in causam traxerint: ac ad alium quam juxta statuta, & consuetudines hujusmodi appellations quascumque interposuerint: & qui sic citati etiam in causis per Nos sic advocatis hujusmodi comparere noluerint, causas hujusmodi prorsus perdant: ac excommunicationis, aliasque sententias & poenas in dictis constitutionibus contentas incurvant, reque, super qua contenditur, privati existant, eo ipso.

4 Nos enim Capitulo Generali, & Cistercij, ac alijs Patribus Abbatibus, Commissarijs præfatis omnia & singula, quæ per eos in hujusmodi causis ritè judicata fuerint, per censuram Ecclesiasticam, & alia opportuna juris remedia debitæ executioni demandandi; necnon omnia & singula alia circa ea necessaria quomodolibet & opportuna faciendi, gerendi, disponendi, & exequendi: ac etiam sententijs, censuris & poenis prædictis ligatos (si id humiliter petierint) ab illis etiam, quas propterea hactenus forsè quoquomo- do incurrerint, absolvendi plenam, & liberam, motu, auctoritate & scientia præfatis concedimus facultatem.

5 Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem, & Dioce- cesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam à fine suæ Dioecesis ad judicium evocetur: seu ne Judices à Sede deputati prædicta, extra Civitatem, & Dioecesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque

procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant: & de duabus diætis in Concilio Generali edita, & alijs Apostolicis Constitutionibus, statutis quoque, & consuetudinibus, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, contrarijs quibuscumque: Aut si Abbatibus, Abbatis, Prioribus, Priorissis, & alijs personis præfatis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium trahi non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impeditri valeant quomodolibet, vel differri: & de quibus quorumcumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ quoad hoc nolumus eis ullatenus suffragari. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et præsentibus nullatenus posse derogari per quascumque litteras Apostolicas, etiam quascumque clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, nisi totus illarum tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, fuerit inseritus.

6 Volumus autem, quod per hoc causa inter Abbatem Cistercij, & Ordinem præfatos ex una, & dilectum filium Petrum Abbatem Monasterij Clarevalis dicti Ordinis, Lingonensis Dioecesis partibus ex altera pendens, quam alias ad Nos advocabimus, & de qua cognoscere intendimus (cùm dictus Ordo Nobis immediatè subjectus esse noscatur) advocata non censeatur, sed coram Nobis pendens remaneat.

7 Verum quia difficile foret præfentes litteras ad singula quaque loca, in quibus expediens foret, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu ali-

alicujus publici Notarij indè rogati subscriptis , & sigillo Abbatis Cistercij, aut Commissariorum prædictorum, vel alicujus eorum, seu alterius personæ Ecclesiasticae in dignitate constitutæ munitis, ea prorsùs in judicio, & extra, & alias ubilibet fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si fuissent exhibetæ, vel ostensæ.

8 Nulli ergo omnino hominum licet hanç paginam nostræ advocacionis, remissionis, statuti, constitutionis, ordinationis, concessionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo septimo, quarto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tertio.

Concordat prout est in authenticō transumpto.

SCRIPTURA LIII.

Confirmatio cujusdam Privilegij Joannis XXII. quo decernitur, quod Abbas Cistercij, & Capitulum Generale, Monasteria utriusque sexus minus sufficiencia ad sustentandum competentem numerum personarum juxta Ordinis statuta, possint alijs Monasterijs cum omnibus suis juribus aggregare, Dioecesani loci, aut alterius licentia minimè requisita.

Auct. I **I**nnocentius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

¶487. 2 Licet ea, quæ per Sedem Apostolicam in favorem præsertim personarum sub suavi Religionis jugo altissimo famulantium providè concessa fuerunt, inviolabili debeant observatione vige-re; nonnunquam tamen Romanus Pontifex ne successu temporis impugnatio-ni subjaceant, illa, cùm ab eo perit, libenter de novo approbare, & confir-mare consuevit, ut eò firmius illibata persistant, quo magis suo fuerint præ-sidio communita: illa etiam innovan-do, & de novo concedendo, prout in

Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem felicis recordationis Joannes Papa XXII. prædecessor noster, volens consulere paci, tranquillitati & utilitati Abbatum, & Monachorum Cisterciensis Ordinis, dilectis filiis Ab-bati Monasterij Cistercij, Cabilonensis Diœcesis, Sedi prædictæ immediatæ subjecti, ejusque Co-Abbatibus univer-sis in eorum Generali Capitulo quan-documque congregandis, ut quæcum-que Monasteria dicti Ordinis, tam Mo-nachorum, quam etiam Monialium, & quorum facultates, fructus, redditus & proventus non sufficerent ad sus-tentationem tot regularium persona-rum in eisdem Monasterijs pro tempo-re degentium, quot in eis pro augmen-to Divini Cultus, ac Missis, & alijs Di-viniis Officijs celebrandis secundùm ejusdem Ordinis instituta, & præmissorum, & regularium cœmoniarum ob-servantia requirirentur, alijs Monasterijs Ordinis prædicti pro commodiori sus-tentatione degentium in eisdem, & quando pro statu & quiete hujusmodi personarum id novissent expedire, cum omnibus juribus & pertinentijs suis, unum videlicet alteri Monachorum, & aliud alteri Monialium Monasterijs ejusdem Ordinis Monasteria, cujuscum-que taxæ, seu annui valoris illorum fructus, redditus & proventus forent, unire, annectere, & incorporare; ita quod cedentibus, vel decadentibus hu-jusmodi Monasteriorum Abbatibus, vel Abbatissis, seu Prioribus, vel Priorissis (si Monasteria ipsa per Piores, aut Priorissas forent solita gubernari) aut ea quomodolibet dimittentibus, lice-ret alijs Abbatibus, & Abbatissis, ac Priorissis, quorum Monasterijs alia sic vacantia venirent unienda, corporalenti possessionem hujusmodi vacantium Monasteriorum uniendorum, juriumque & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria apprehendere, & perpetuo retinere; ac fructus, redditus, & proventus in dictorum Monaste-riorum usus, & utilitatem convertere, Dioecesani loci, & cujusvis alterius li-quentia minimè requisita, per litteras suas concessit facultatem, prout in illis, quorum tenores, ac si de verbo ad ver-bum præsentibus infererentur, haberet

volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Quare pro parte Abbatis Cistercij, & Conventus prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut facultatem & litteras prædictas pro illarum subsistentia firmiori approbare, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignarremur.

3 Nos igitur, qui dudùm inter alia volumus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica alijs uniri, tenerentur exprimere verum valorem secundum communem aestimationem, tam Beneficij uniendi, quam illius, cui uniri petetur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, queque Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum, ac personarum in illis sub suavi Religionis jugo degentium, & præsertim dicti Ordinis, quem ob personarum illius bonos & exemplares mores, ac uberes fructus, quos haec tenus in agro Militantis Ecclesiae attulerunt, & in dies afferre non cefant, præ ceteris in visceribus gerimus charitatis, statum in melius dirigi nostris potissimum temporibus supremis desideramus affectibus, præfatos Abbatem Monasterij Cistercij, & Conventum, eorumque singulos à quibuscumque excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis (si quibus quomodolibet innodati existunt) ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, facultatem, & litteras prædictas, ac prout illas concernunt omnia & singula in eis contenta, & inde sequuta quæcumque auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac plenum & perpetua firmitatis robur obtinere debere cernimus: supplentes omnes & singulos, tam juris, quam facti defecutus, si qui forsitan intervenerint in eisdem. Proque potioris cautelæ suffragio facultatem, & litteras prædictas innovamus, & in omnibus & per omnia, modo & forma præmissis, auctoritate & scientia præfatis de novo concedi-

mus. Ac etiam volumus, & ordinamus, quod Abbas Monasterij Cistercij, & pro tempore existens, cessante Capitulo Generali, cum penitus eum omnis auctoritas hujusmodi Capituli remaneat, ac etiam ab ipso Capitulo deputandi, præmissa omnia & singula facere, & exequi possint.

4 Non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis de Monasterijs prædictis per Nos, & Sedeum prædictam pro tempore factis generalibus, vel specialibus reservationibus, ac revocationibus similium facultatum forsitan haec tenus à Se de prædicta sub quibusvis verborum formis & clausulis, etiam derogatoria rum derogatorijs emanatis, & emanandis imposterum: statutis quoque, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quæ idem Joannes prædecessor in litteris prædictis voluit non obstat, cæterisque contrarijs quibuscumque.

5 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutonis, approbationis, confirmationis, constitutionis, suppletionis, innovationis, concessionis, voluntatis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, quarto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tertio.

Concordat prout est in authentico transumpto.



SCRIPTURA LIV.

Judices Conservatores Cisterciensis Ordini deputati, nullam super personis ejusdem Ordinis jurisdictionem habent, nec ipsi, nec alij extra Ordinem Judices possunt de Monachorum appellacionibus cognoscere.

Aug. 1 1487. **I**nnocentius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

2 Inter curas multiplices, quæ Nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam liberè amplectimur, per quam personæ Religiosæ utriusque sexus, quæ ab omni strepitu judiciorum immunes esse debent, cum quiete altissimo vota sua exolvere possint: ne cogantur hinc inde discurrere, ac litibus involvi, & expensis fatigari cum suorum præjudicio Monasteriorum, concessis ad hoc per Sedem Apostolicam provida deliberatione privilegijs inharente. Sanè sicut, non absque animi displicentia, accepimus, licet per diversos Romanos Pontifices prædecessores nostros jam dudum providè statutum & ordinatum, ac sub excommunicationis, suspensionis, depositio- nis, alijsque varijs sententijs, censuris & poenis, quas eo ipso contra facientes incurtere, inhibitum fuerit: ne Abba- tes, & Abbatissæ, sive Piores, & Priorissæ Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum Cisterciensis Ordinis, ac aliæ dicti Ordinis personæ ab eorum Generali Capitulo (quod singulis annis pro reformatione & conserva- tione ipsius Ordinis celebratur) extra dictum Ordinem appellare præsumerent: idque etiam expressè caveatur in statutis, & diffinitionibus Ordinis ejusdem; tamen nonnulli Abbates, Abbatissæ, Piores, Priorissæ, ac aliæ dictæ Ordinis personæ animarum suarum salutis immemores, ab ipso Capitulo Generali, ad dilectos filios Conservatores dicto Ordini, ac Monasterijs, locis, bonis, & personis adversus in ferentes eis gravamina, injurias, atque damna, per Sedem prædictam deputatos, qui de causis inter Religiosos dicti Ordinis pro tempore vertentes cognoscere non possunt, ac ad alios extra dictum Or-

dinem; & quod etiam deterius, ac abominabilius existit, interdum ad Ju- dices sæculares appellare præsumunt, in non modicum dicti Ordinis præjudi- cium, Religionis opprobrium, Monas- teriorum, & Religiosorum locorum prædictorum detrimentum, Apostolicæ auctoritatis, & ejusdem Sedis, cui dic- tus Ordo immediate subiectus fore dig- noscitur, contemptum, pernitosum quoque exemplum, & scandalum plu- rimirorum.

3 Nos igitur, ad quos spectat super his debitè providere, nolentes permit- tere, quod de cetero talia per Abba- tes, Abbatissas, Piores, Priorissas, ac alias dicti Ordinis personas, contra, & præter formam & tenorem privilegio- rum, ac statutorum, & diffinitionum hujusmodi attententur, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc obla- ta petitionis instantiam, sed ex nostra- mera liberalitate, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsen- tium decernimus: omnes & singulas appellationes per Abbates, Abbatissas, Piores, Priorissas, & alias personas Ordinis ejusdem, extra dictum Ordinem, etiam ad Conservatores prædictos haec tenus interpositas, & interponen- das imposterum, nullas, frivolas & inanis fuisse, & esse: sicque ab omnibus censi, & reputari; illasque interponentes sententias, censuras, & poenas incurrisse: Et quoties eos con- tra, & præter formam & tenorem pri- vilegiorum, ac statutorum, & diffinitionum hujusmodi appellare contige- rit, incurtere, & pro talibus ab omnibus publicari debere. Districtus Con- servatoribus prædictis, ac alijs quibus- cumque, ad quos forsè præfati Abba- tes, Abbatissæ, Piores, & Priorissæ, ac personæ pro tempore appellaverint, inhibentes, ne de causis appellationum hujusmodi se quóquomodo directè, vel indirectè intromittere præsumant: ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secundus super his ab eis, & alio quo- quam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper volumus, & Capitulo Generali hujusmodi, vel Abatti Monasterij Cis- tercij, Cabilonensis Dioecesis, pro tem- pore existenti, Apostolica auctoritate con-

concedimus , quod ipse per se , vel alios , quibus hoc duxerint committendum , sententijs , censuris & poenis praedictis innodatos , juxta dictorum privilegiorum continentiam & tenorem , cum hoc humiliter petierint , ab eisdem sententijs , censuris & poenis absolvere possint . Non obstantibus praemissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , necnon omnibus illis , quae in litteris privilegiorum hujusmodi concessum est non obstat : ceterisque contrariis quibuscumque .

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum decreti , inhibitionis , constitutionis , & voluntatis infringere , vel ei auctu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotens Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagefimo septimo , octavo Kalendas Septembris , Pontificatus nostri anno tertio .

Concordat prout est in authenticis transumpto .

SCRIPTURA LV.

Confirmatio litterarum Pij II. aliorumque Romanorum Pontificum , quibus cawetur , ut nullus eujuscumque dignitatis nisi Ordinis Cisterciensis professor , Monasteria , Praelaturas , & alia Ecclesiastica Beneficia ipsius Ordinis in titulum , aut Commendam obtinere possit ; & ne pensiones super illis imponantur .

Aug. 1 Innocentius Episcopus , servus servorum Dei . Ad perpetuam
28. an. rei memoriam .
1487.

2 Regimini Universalis Ecclesiæ , quamvis immeriti , disponente Domino præsidentes , curis perurgemur assiduis , ut juxta credita Nobis desuper dispensationis officium , quieti subdicatorum quorumlibet , præfertim regulari observantia famulantum , assidue studio piaæ vitæ , in quorum utique prosperitate reficimur , jugi , quantum Nobis ex alto conceditur , solicitudinis

studio intendamus : & his , quæ pro Religionis incremento , ac personarum regularium statu pacifico & tranquillo providè facta , & per prædecessores nostros Romanos Pontifices concessæ fuisse , comperimus , ut eò firmius illibata persistant , quò magis nostro fuerint præsidio communia , libenter , cum à Nobis petitur , nostri adjicimus muniminis firmitatem . Dudum siquidem à felicis recordationis Sixto Papa IV. prædecessore nostro diversæ litteræ , in quarum Prioribus nonnullæ aliæ sunt insertæ successivè , emanarunt tenorum subsequentium .

3 Sixtus Episcopus , servus servorum Dei . Ad perpetuam rei memoriam . Regimini Universalis Ecclesiæ , quamvis immeriti , disponente Domino præsidentes , curis urgemur assiduis , ut juxta traditæ Nobis desuper dispensationis officium , quieti subdicatorum quorumlibet , præfertim sub regulari observantia studio piaæ vitæ vacantium , in quorum utique prosperitate reficimur , jugi , quantum Nobis ex alto conceditur , solicitudinis studio intendamus : & his , quæ pro Religionis incremento , ac personarum regularium statu pacifico & tranquillo providè facta conspicimus , ut perpetuò illibata persistant , libenter nostre muniminis adjicimus firmitatem . Dudum siquidem à felicis recordationis Pio Papa II. prædecessore nostro diversæ litteræ , in quibus nonnullæ aliæ inseruntur , emanarunt tenorum subsequentium .

4 Pius Episcopus , servus servorum Dei . Ad perpetuam rei memoriam . Apostolicæ Sedis Nobis injunctum desuper servitutis officium mentem nostram excitat , & inducit , ut circa ea , quæ pro statu prospero Monasteriorum Cisterciensis Ordinis , & in illis piaæ vita deditarum personarum profutura conspicimus , operosis studijs intendamus ; & his , quæ propterea facta fuerit comperimus , ut illibata persistant , Apostolici muniminis adjiciamus firmitatem : & ea concedamus , quæ desuper sunt opportuna . Dudum siquidem à felicis recordationis Nicolao Papa V. prædecessore nostro litteræ , in quibus bonæ memoriae Balthasaris Episcopi Tusculani , tunc Joannis XXIII. in sua

Cccc

obea

obedientia , de qua partes illæ erant, nuncupati , inseruntur , litteræ emanarunt tenorum subsequentium.

5 Nicolaus Episcopus , servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteras Orbis Ecclesiæ, Monasteria , & alia pia loca Monasterij Cisterciensis Cabilonensis Dioecesis, ac Cisterciensem Ordinem affectu benevolo prosequentes , illa personis eis præsidentibus libenter concedimus, quæ ipsarum, ac Monasterij, & Ordinis prædictorum favorem & commoda respicere dignoscuntur. Dudum siquidem Balthasar olim Episcopi Tusculani in sua obedientia , de qua partes illæ tunc erant , Joannis XXIII. nuncupati, in favorem dicti Monasterij, ac illius Abbatis , necnon Co-Abbatum , & Abbatisarum dicti Ordinis pro tempore existentium, emanarunt litteræ tenoris subsequentis.

6 Joannes Episcopus , servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad salutare regimen , ac incrementa proficia dilectorum filiorum Ordinis Cisterciensis , qui in agro plantatus Dominico uberes fructus ad laudem Divini Nominis odorem suavitatis producit assidue in ultimos orbis fines, paternæ considerationis dirigentes intuitus, & cupientes, ut eò vigilantiū atque devotius altissimo impendere valeant jugiter famulatum , quō majori quietudine in contemplatione sedula divinorum salubriter perfruentur : ac devotis supplicationibus dilectorum filiorum Abbatis , & Conventus Monasterij Cistencensis Cabilonensis Dioecesis , necnon Co-Abbatum , & Abbatisarum dicti Ordinis Cisterciensis in hac parte favorabiliter annuentes , hac præsenti constitutione perpetuò duratura , & Apostolica auctoritate decernimus , statuentes , quod de cetero in præfato Ordine Cisterciensi , aut ejus membris nullus , qui de dicto Ordine non existat, cuiuscumque alterius Religionis , Ordinis , status , dignitatis, aut præeminentiae fuerit , etiam si Cardinalatus dignitate fulgeret , Apostolica vel alia quavis auctoritate possit , vel debeat præsidentiam , gubernationem , administrationem , aut præminentiam aliquis per se , vel alios directè , vel in-

directè , aut quovis quæsito colore , quomodolibet impetrare , obtinere , regere , administrare , vel gubernare quomodocumque , aut qualitercumque. Decernentes ex nunc irritum & inane , si secūs super his à quoquam , quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit imposterum quomodolibet attentiari. Per prædicta verò nullum præjudicium affiri volumus alicui ex Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus , in præsentiarum in præfato Ordine Cisterciensi gubernationem , commendam , administrationem , seu præsidentiam aliquas obtinenti ; quominus illas gerere valeat , & tenere , juxta formam litterarum Apostolicarum eidem desuper hactenùs concessarum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis , & voluntatis infringere , vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Constantiæ septimo Kalendas Februarij , Pontificatus nostri anno quinto.

7 Nos igitur Abatti , & Monasterio , necnon Co-Abbatibus , & Abbatis prædictis , ampliori desuper administriculo providere cupientes , ac litteras & tenorem antedictos ratos habentes & gratos , illos auctoritate Apostolica , & ex certa scientia harum serie innovamus , ac vim & vigorem habere decernimus ; necnon statuta , decreta , ac omnia alia & singula in dictis litteris contenta , & quæcumque indè fecuta , eisdem auctoritate & scientia confirmamus , approbamus , & præsentis scripti patrocinio communimus. Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , necnon omnibus illis , quæ dictus Balthasar Episcopus in suis litteris præfatis non obstat voluit ; cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis , constitutionis , confirmationis , approbationis , & communionis infringere , vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , ac

ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, tertio Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno octavo.

8 Nos igitur pariformiter ex certa scientia nostra singulas prædictas litteras ratas & gratas habentes, illas, & in eis contenta, & indè secuta quæcumque, auctoritate Apostolica harum serie innovamus, ac vim & vigorem habere, foreque subnixas decernimus, ac confirmamus, & approbamus, præsentisque scripti patrocinio communimus. Decernentes, quod præsentium transumpto alicujus Episcopalis, vel Superioris Curiæ Ecclesiasticæ sigillo munito, & signo & subscriptione Notarij publici signato, in judicio, & extra ipsi tamquam præinsertis, & præsentibus litteris, si exhiberentur, plena fides adhibetur, & périnde stetur, ac si ipsæ præsentes & præinsertæ litteræ forent exhibita, vel ostensæ: nec desuper alterius probationis adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ innovationis, constitutionis, confirmationis, approbationis, communionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Mantuæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, septimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

9 Pius Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Licit ea, quæ per prædecessores nostros Romanos Pontifices providè facta fuerunt, & ab eis ritè processerunt, plenam obtineant firmitatem; Nos tamen illis interdùm Apostolici munimini robur adjicimus, ut eò firmius illibata persistant, quo magis nostro fuerint præsidio communia. Dudum siquidem felicis recordationis Calixtus Papa III. prædecessor noster, ex certis rationabilibus causis, nonnulla statutum, declarationem, cassationem, &

irritationem pro utilitate & conservazione Monasteriorum, & locorum, ac Religiosorum Cisterciensis Ordinis, motu proprio, & ex certa scientia, & de plenitudine Apostolica potestatis fecit, & concessit, prout in ipsius prædecessoris litteris, quas diligenter in Cancellaria Apostolica conspici, & examinari fecimus: ac quorum tenor inferiùs est insertus, pleniùs continetur. Nos igitur, motu, scientia & potestate similibus, non ad alicujus instantiam, sed de nostra mera liberalitate, statutum, declarationem, cassationem, & irritationem prædicta, rata & grata habentes, illa, & quæcumque indè secuta auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: supplendo omnes defectus, si qui forsè intervenerint in eisdem: necnon litteras ipsas vim & vigorem habere, ac viribus subsistere decernimus per præsentes. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus prædecessor in eisdem litteris non obstarre voluit, cæterisque contrarijs quibuscumque. Tenor verò ipsarum litterarum de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

10 Calixtus Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ad fructus uberes, quos Cisterciensis Ordo in agro Militantis Ecclesiæ plantatus dextera Domini velut arbor bona produxit haçtenus, & producit, considerationis nostræ oculos extenderentes, Apostolici favoris præsidium sibi libenter impartimur, & in his, quæ solidationem, status, necnon perpetuam pacem & tranquillitatem ejusdem concernunt, Nos gratiosos & favorabiles exhibemus. Cum itaque, sicut ad Apostolatus nostri pervenit auditum, Ordini Cisterciensi præfato, ac illius Monasterijs, personis, atque locis magna periculosa desolationis dispendia imminere noscantur; ex eo quia nonnulli prætextu quarundam litterarum Apostolicarum etiam ad vacatura se extendentium in dictis Monasterijs, atque locis præfici, & præesse præsumunt. Nos ne per hoc nostræ conscientiæ serenitas remaneat intranquila, talitimi turbationum materias ab eodem Ordini

ne propellere, præmissisque scandalis, & inconvenientijs, quantum Nobis ex alto permittitur, obviare; necnon circa hoc salubre remedium adhibere cūpientes, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, nostræque intentionis fuisse, & esse declaramus, necnon harum serie concedimus, quod nulla per Nos, aut Sedem Apostolicam, seu nostra, vel ipsius, aut alia quavis auctoritate in genere, vel specie, sub quibusvis formis, aut verborum expressionibus, & cum quibuscumque etiam individuum, & aliarum derogatoriarum clausularum, etiam talium, quod illis per quævis alias litteras Apostolicas, privilegia & indulta ipsis etiam signanter, specificè & expressè derogantia, minimè derogatum fuisse, vel esse censeatur: seu derogari non posse, vim & effectum habentibus, cæterisque effectui presentium præjudicialibus clausulis & decretis irritantibus, quibusvis personis, cujuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinals, aut Sedis Apostolicæ Officiales, seu Episcopi, aut alterius Ordinis Abbates, etiam motu & scientia sibi libus: seu ad Regum, Principum, vel Prælatorum quorumlibet supplicationem, vel aliquorum resignatorum Beneficiorum juris cessionem, vel recompensationis, aut alio quovis intuitu, seu in earum favorem concessâ hæc tenus, vel imposterum concedenda, expectativæ, commendæ, aut aliae quævis litteræ, facultates, nominationes, & mandata; necnon prærogativæ, antelationes, declarationes, exceptiones, privilegia, indulta; ac fortè, & forsà facienda, etiam de primo vacaturis Monasterijs, Prælaturis, Dignitatibus, & locis dicti Ordinis speciales reservationes, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, presentibus haberi volumus pro expressis, & quæ suum nondum sortita sunt effectum, quorumque vigore in ipsis Monasterijs, aut eorum aliquo non est alicui jus quæsumum ad Monasteria, Prælaturas, Abbatiales, & alias dicti

Ordinis Dignitates, & loca, etiam utriusque sexus Ordinis hujusmodi aliqualiter se extendant, aut quilibet se extendere possint, sive debeant. Nec Monasteriorum, & locorum hujusmodi Conventus, Religiosæ personæ, aut Vassalli etiam utriusque sexus ad receptionem, etiam alicujus aucto itate talium litterarum, & processuum exinde habitorum teneantur; nec propterè interdici, suspendi, vel excommunicari possint: cassantes, & irritantes, ac pro infectis, & nullis habentes illa omnia & singula, talia, expectativas, gratias, facultates, litteras, nominationes, reservations nominandi, reservandi, uniendi, & alia mandata Apostolica suum effectum ronduum sortita, & alia per quæ effectus praesentium quomodolibet impediri posset, vel deferri. Ac decernentes illis nullam in judicio vel extra fidem adhibendam fore, nec Conventus, & personas eorundem Monasteriorum ad receptionem eorundem prætextu litterarum ipsarum teneri, necnon prout est irritum & inane, si quid secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter imposterum contigerit attentari. Non obstantibus si in facultatibus & litteris, seu mandatis hujusmodi tales appositiæ fuerint clausulæ; scilicet, aut si locorum Ordinarijs, seu Abbatibus, Abbatissis, vel Conventibus dicti Ordinis, vel quibusvis alijs communiter vel divisim ab eadem Sede indultum sit, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: per quam quidem clausulam, & cujusvis alterius similis, vel efficacioris clausulæ adjectionem vel oppositionem decernimus presentibus non fuisse sufficienter derogatum: ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegijs quoque, ac statutis, & consuetudinibus Ordinis, Monasteriorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum

liceat hanc paginam nostræ statuti, declarationis, concessionis, cassationis, & irritationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octavo, tertio Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

11 Cæterū quia difficile foret præinsertas & præsentes litteras ad singula, in quibus de eis fides forsā facienda fuerit, loca deferre, volumus, & auctoritate Apostolica prædicta decernimus, quod ipsarum transumpto aliquis Episcopalis, vel Superioris Curiæ Ecclesiasticæ sigillo munito, ac signo & subscriptione Notarii publici signato & legalis in judicio, & extra, tamquam ipsis præinsertis & præsentibus litteris, si exhiberentur, plena fides adhibeat, ac perinde stetur, ac si ipse præserta & præsentes litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationis, communionis, suppletionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Mantuæ, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo nono, septimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

12 Cùm autem, sicut accepimus, nonnulli contra tenorem litterarum prædictarum Monasterijs ipsius Cisterciensis Ordinis quandoque præficiantur, aut eis Monasteria ipsa committantur, sive in Commendam concedantur, & propterea Monasteria hujusmodi, tān in spiritualibus, quām in temporaliibus non modica passa fuerint, & patientantur detrimenta. Nos ipsorum Monasteriorum, & dicti Ordinis statum prosperum & tranquillum paterno zelantes affectu, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ peti-

tionis instantiam, sed de nostra meta liberalitate, statuta, declarationes, cassationes, irritationes, & decreta prædicta, tām per ipsum Pium, ac bonæ memoriae Nicolaum V. & Calixtum III. Romanos Pontifices prædecessores nostros, quām Balthasarem Episcopum Tusculanensem, Joannem XXIII. in sua obedientia nuncupatum, ut in præinsertis eorum litteris continetur, facta & concessa, rata & grata habentes, illa, ac omnia & singula in eisdem singulis litteris contenta, necnon indè sequuta quæcumque, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, & de plenitude Sedis Apostolicae potestatis, tenore præsentium pro Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, & fratrum nostrorum consilio confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus: supplentes omnes & singulos defectus, si qui forsā intervererint in eisdem: ipsasque singulas litteras innovamus, vimque & vigorem perpetuò habere, & viribus subsistere decrevimus. Non obstantibus omnibus, quæ Nicolaus, Calixtus, & Pius prædecessores nostri, & Balthasar pafati in prædictis eorum litteris voluerunt non obstatre; necnon quibuscumque specialibus & generalibus reservationibus, litteris, commendis, provisionibus, regulis, & concessionibus, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ex quacumque causa precesserint, aut procederent in futurum: quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, & quibus, eorumque effectui, vi, robori & executioni quantum prædictis & præsentibus litteris, earumque effectui adversarentur, præjudicarent, nocerent, vel obviarent, seu præjudicare, adversari, nocere, vel obviare possent quomodolibet in futurum, motu & scientia similibus specialiter, vel expresse derogamus: necnon Monasteriorum, & Ordinis prædicatorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robوراتis, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque. Volumus autem, quod pro tempore Ordinis auctoritate in Abbates ipsorum Monasterio-

riorum promoti , & aliorum Beneficiorum provisi infra quatuor menses à die promotionum , sive provisionum suarum ad Curiam pro illarum confirmatione impetranda venire , aut mittere ; & annatam , sive medios fructus primi anni ipsorum Monasteriorum secundum taxam in libris Cameræ Apostolicae positam solvere , ac de alijs juribus consuetis eidem Cameræ satisfacere tenentur . Alioquin promotiones , sive provisiones illorum , qui secùs fecerint , nullius sint roboris , vel momenti : licetque ex tunc Nobis , & dictis successoribus nostris de personis idoneis eisdem Monasterijs , & Beneficijs quoibus , ut præfertur , factum non fuerit , providere . Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca , in quibus illæ forent necessariae , transferri , etiam volumus , & dicta auctoritate decernimus , quod earum transsumptis manu Notarij publici subscriptis , & sigillo alicuius Archiepiscopi , Episcopi , vel alterius Prælati munitis , prorsus in judicio , & extra plenaria fides adhibeat , ac illis stetur in omnibus & per omnia , sicuti originalibus litteris adhiberetur , & eis statetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis , approbationis , communionis , supplicationis , innovationis , constitutionis , derogationis , voluntatis , & decreti infringere , vel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto , sexto Idus Martij , Pontificatus nostri anno quinto .

13 Sixtus Episcopus , servus servorum Dei . Ad perpetuam rei memoriam . Romanus Pontifex Dei in terris Vicarius , ad singula , quæ Monasteriorum , & locorum Ecclesiasticorum quorumlibet statum prosperum respicere noscuntur , prout ex suscepta servitutis astringimur officio , Apostolicos cogitatus diffundit , ut Apostolicæ provisionis ope Monasteria , & loca prædicta

successus recipiant jugiter salutares , & eorum indemnitatibus succurratur opportunè . Cum itaque , sicut accepimus , Monasteria Cisterciensis Ordinis , quæ nonnullæ personæ Ecclesiasticae ex concessione , & dispensatione Sedis Apostolicae in Commendam obtinent , & in quibus antea regularis observantia vigebat , super quorumcumque , aut aliquorum ipsorum , ac nonnullorum aliorum ejusdem Ordinis Monasteriorum fructibus , redditibus , & proventibus , nonnullæ etiam personæ Ecclesiasticae pensiones etiam excessivas eis assignatas percipiunt annuatim ; adeò propterea gravantur , & in spiritualibus , & temporalibus detrimента sustineant , ut nisi eis celeriter succurratur , in desolationem perpetuam , & ruinam devenerint . Verum si , ut præfertur , commendata , & alia ejusdem Ordinis Monasteria per Monachos ejusdem Ordinis regerentur , & gubernarentur , ac eisdem ipsi Monachi canonice secundum ipsius Ordinis instituta regularia , & indulta Apostolica electi præficerentur , pensionesque hujusmodi cedentibus , vel decadentibus illis , qui ipsas percipiunt , extinguerentur ; & de novo super eisdem fructibus , redditibus , & proventibus non assignarentur : Monasteria ipsa , quorum aliqua ruina minantur , in suis structuris , & ædificijs reparari , restaurari , & manuteneri possent : & non modicum eis propterea proveniret incrementum . Horum igitur consideratione inducti , & ut Monasteria ipsa per idoneos , & circumspectos , ac utiles viros , quorum commendabili regimine , & salubri provisione ad laudem Dei , & gloriam , necnon Religionis propagationem præceli- sius extolli , & utilius dirigi valeant , salubriter gubernentur : ac indemnitatibus Ordinis , & Monasteriorum hujusmodi opportunè consulatur , motu proprio , non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam , sed præmissis , & alijs pijs , & rationabilibus causis suadentibus , præsentis perpetuò valituaræ , & irrefragabiliter constitutionis observandæ edito , de nostra mera liberalitate , auctoritate Apostolica , & ex certa scientia volumus , statuimus , concedimus , decernimus , de- clা-

claramus , & ordinamus , quod Monasteria , ut præfertur , commendata , & imposterium forsà commendanda , cef-
tantibus ipsis Commendis , præterquam per cessionem Comendarum hujusmodi , in manibus nostris , aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum forsà faciendam , etiam per cefsum , vel deceffum , seu aliam quamvis dimissionem , quovis modo , præterquam apud Sedem Apostolicam vacantia , & in antea vacatura ; etiamsi illorum , vel alterius ipsorum dispositio specialiter , vel ex quavis causa , etiam ex qualitatibus ipsorum Monasteriorum , vel personarum illa pro tempore obtinentium generaliter reservata , & cujuscumque taxæ , seu annui valoris illorum fructus , redditus , & proventus , existant ; ac provisiones ipsorum consistorialiter fieri debeant , plenè , libere , & integrè reddeant , & veniant : ac venire , & reddire debeant ad manus , necnon electionem , provisionem , & quamvis aliam dispositionem Ordinis , necnon dilectorum filiorum Patrum Abbatum , & Conventuum eorundem Monasteriorum : quodque ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus , nulli Apostolica , vel alia quavis auctoritate , præfatis , aut alijs ejusdem Ordinis Monasterij , ut præfertur , vacantibus vel vacaturis in Abbates perficiantur ; nisi per eosdem Patres Abbates , aut Conventus ipsorum Monasteriorum , aut ipsius Ordinis Commissarios legitimos , vel saniorem , aut maiorem ipsorum Conventuum partem , in Abbates illorum ritè , & canonice fuerint electi , vel postulati , seu per dictos Patres Abbates , aut Commissarios præfatos , secundum Ordinis statuta promoti : sed quod libera , & omnimoda absque aliquo cujusvis impedimenti obstatu Abbatum dictorum Monasteriorum electio , seu postulatio , & omnimoda alia dispositio ad Patres Abbates , & Commissarios , necnon Conventus præfatos spectet , & pertineat : ac dictis Monasterijs per cefsum , vel deceffum , & quamvis aliam divisionem , ut præfertur , seu alias quovis modo , & ex quavis causa , Abbatum regimini bus destitutis , liceat dictis Patribus Abbatibus , Commissarijs , & Conven-

tibus quascumque idoneas personas ejusdem Ordinis in eorum , & dictorum Monasteriorum Abbates liberè , & sine difficultate aliqua canonice elige re , seu etiam postulare , ac etiam promovere , ut dictum est . Necnon Patres Abbates , aut Commissarij præfati electiones hujusmodi , postulationes , & promotiones confirmare in omnibus & per omnia , secundum antiquam formam in eodem Ordine observatam . Quodque electiones , promotiones , & confirmationes hujusmodi per Patres Abbates , aut Commissarios , necnec Conventus præfatos pro tempore factæ , valeant , plenamque roboris firmatatem obtineant : ac eisdem electis , postulatis , & promotis suffragentur in omnibus etiam , & per omnia , ac si reservationes Apostolicae desuper non emanarent : & nihilominus , quod omnes , & singulæ pensiones , super quorumcumque Monasteriorum , seu locorum dieti Ordinis fructibus , redditibus , & proventibus , quibusvis personis Ecclesiasticis Sæcularibus , vel Regularibus assignatae , vel forsà assignandæ per cefsum , vel deceffum illorum , qui ipsas percipiunt , cessent penitus , & expirent ; ac cassæ , & nullæ , penitusque & integrè extinctæ sint , vel esse censentur : nec per nostras , vel alicujus successorum nostrorum Romanorum Pontificum , vel ejusdem Sedis litteras , aut aliquo alio titulo , etiam motu & scientia similibus , in aliam , vel alias personam , seu personas transferri : aut super eisdem fructibus , redditibus , & proventibus , nulla alia subsistente causa , de novo similes , vel aliae pensiones aliquibus in ipsis Monasterijs , sive locis ius aliud non habentibus , assignari possint , aut debeant : sed personæ ipsæ , quæ easdem pensiones alias solvere haberent , ab illarum solutione , & præstatione ex tunc penitus , & omnino liberae sint & absolutæ , ac ad illarum solutionem , vel præstationem non teneantur . Patres Abbates verò , & Conventus præfati ad receptionem aliquorum , aut reverentia , & obedientia præstationem aliquibus alijs quam electis , postulatis , & promotis per eos , cujuscumque dignitatis , status , gradus , ordinis , vel conditionis existant , quos for-

forsan pro tempore eisdem Monasterijs contra litterarum hujusmodi tenorem, alias quam per electionem, pottulationem, vel, ut dictum est, promotionem præfici contigerit, aut eis Monasteria, & loca ipsa commendari nullatenus teneantur; nec ad id obligati, & astricti sint, aut obligari, vel astrinxi, seu ad hoc compelli, & interdici, suspendi, vel excommunicari possint. Decernentes etiam, & eadem auctoritate declarantes, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, Monasteria ipsa, & loca sub quibusvis gratijs, expectativis, vel alijs de primo vacaturis Beneficijs, seu Monasterijs, aut specialibus vel generalibus reservacionibus, & de sic vacaturis, cum vacabunt, conferendi, seu commendandi mandatis, & nominationibus, seu nominandi, & conferendi, vel commendandi Beneficia, etiam Monasteria, & loca quibuscumque principalibus, facultatibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, alijsque concessionibus, seu gratijs per Nos, aut Sedem prædictam, vel successores nostros hujusmodi, etiam motu & scientia similibus, & sub quibusvis formis, & expressionibus verborum, etiam cum prohibitorijs, & decretorum irritantium, & derogatoriarum derogatorijs, & alijs quibusvis clausulis, etiam talibus, per quas hujusmodi Monasteria, & loca nominatim specificè, & expressè sub illis comprehendi viderentur, concedendis, nullatenus comprehendendi, nec ad illa se extendi, neque illarum vigore per quoscumque expectantes, aut speciales vel generales reservationes habentes, vel habitueros acceptari, aut aliquibus quacumque etiam præfulgeant dignitate: ac Monasteria, aut loca ipsa qualitercumque, ut præfertur, vacaverint, committi, vel commendari, seu in Commendam, vel alias in titulum, vel administrationem concedi posse: adjacentes, & auctoritate prædicta etiam decernentes, omnes, & singulas expectativas, nominationes, speciales vel generales reservationes, necnon uniones, annexiones, & incorporationes factas, & faciendas nondum effectum sortitas: Provisiones vero, & Commenda-

das, & alias dispositiones, translationes, & assignationes de dictis Monasterijs, & pensionibus respectivè per Nos, aut Sedem prædictam, vel successores nostros, aut nostratum, vel Sedis, aut successorum prædictorum litterarum vigore, aliquibus personis deinceps faciendas, & concedendas; necnon processus pro tempore desuper habitos, ac illarum vigore sententias, censuras, & poenias in illis contentas, seu in Patres Abbates, aut Commissarios, & Conventus præfatos, aut alias ipsorum Monasteriorum personas ob non receptionem aliquorum, aut obedientiæ, & reverentiæ præstationem deinceps, necnon reservandarum pensionum hujusmodi non solutionem fulminandas, seu promulgandas, etiamsi in illis de præsentibus, necnon electionibus, postulationibus, & provisionibus de dictis Monasterijs per Patres Abbates, & Commissarios, necnon Conventus præfatos faciendis, cessationeque, & expirazione hujusmodi pensionum, totoque tenore præsentium specialis, specifica, & expressa, non autem per generales, aut idem importantes clausulas mentio fiat, nullos, & invalidos, ac nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti esse; processusque, & sententias hujusmodi non tenere, nec quemquam ligare posse, vel debere; neque per easdem reservationes, expectativas, nominationes, ac uniones, effectum non sortitas, ut præfertur, per Nos, aut Sedem prædictam, seu successores nostros hujusmodi, aut nostrarum, seu Sedis, vel successorum prædictorum litterarum, etiam motu, & scientia similibus factas, ut præfertur, & concessas, aut faciendas, & concedendas præsentibus nostris litteris, aut electionibus, postulationibus, & promotionibus per Patres Abbates, & Commissarios, necnon Conventus præfatos faciendis; etiamsi illis specialiter & expressè, ac motu, & scientia similibus, etiam de plenitudine potestatis derogaretur, aut derogari videtur, nullatenus derogari valeant, nec sit, nec censeatur esse in aliquo quovis modo derogatum. Et nihilominus universis Archiepiscopis, & Episcopis, ac quorumcumque aliorum Ordinum Abbatibus, caterisque personis

Eccle-

Ecclesiasticis in dignitate Ecclesiastica pro tempore constitutis, quorum nomina & titulos sive beneficia praesentibus etiam haberi volumus pro expressis, motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios prefatis Patribus Abbatibus, Commissarijs, Conventibus, & alijs personis eorundem in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eos pacifica possessione, vel quasi concessionis, statuti, ordinationis, decreti, ac juris eligendi, seu postulandi, ac promovendi hujusmodi gaudere: Non permittentes eos per quoscumque ad recipiendum aliquos, vel praestandum obedientiam, & reverentiam aliquibus alijs quam, ut præfertur, per eos electis, postulatis, seu promotis; aut ad solvendum pensionem hujusmodi, contra concessionis nostræ hujusmodi, & praesentium tenorem quavis auctoritate compelli, seu alias quomodolibet molestari: Contradictores in praemissis quoslibet & rebelles, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, præminentia, nobilitatis, excellentia, aut conditionis fuerint, & quicunque exemptiones privilegio sint muniti, per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias formidabiliores, de quibus eis videbitur, sententias, censuras, & pœnas appellatione postposita compescendo: & etiam legitimis super his per eos servandis processibus, sententias ipsas quotiens expedierit aggravare, & reaggravare procurent, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Et insuper universos, & singulos charissimos in Christo filios Reges, necnon dilectos filios Duces, Principes, Comites, Barones, Proceres, Nobiles, Communitates, Universitates, omnesque alios, & singulos jurisdictionem temporalem, aut etiam spiritualem pro tempore habentes, praesentes, & futuros, in quorum dominio, & ditione Monasteria, & loca fuerint, in Domino requirimus, ac attente hortamur, quatenus Monasteria, Patres Abbates, Commissarios, & Conventus, necnon electos, postulatos, & promotos prefatos, ob prefatae Sedis reverentiam, pio desiderio, & affectu

ita commissa suscipiant, eisque efficaciter in praemissis assistant, quod Monasteria ipsa, & loca praesentium effectum debitè fortiantur, ac in statu prospero, felicique successu valeant salubriter conservari. Non obstantibus praemissis, ac alijs quibuscumque specialibus, & generalibus reservationibus, expectativis, nominationibus, ac unionibus effectum non fortitis, ac concessionibus, & regulis; necnon felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. quæ incipit: *Statutum*, ac in Concilio generali edita de duabus diætis, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis quibuscumque, ex qua cumque causa processerint, aut editæ fuerint, vel concessæ, aut procedent, seu concedentur in futurum, illarum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum praesentibus infererentur, pro sufficienter expressis haberi volumus; & quibus, earumque effectui, vi, robori, & executioni, quatenus praesentibus, & earum effectui, aut ipsis Ordini, Patribus Abbatibus, Commissarijs, Conventibus, electis, postulatis, & promotis, ac alijs personis dictorum Monasteriorum, seu locorum adversarentur, præjudicarent, nocerent, & obviarent: seu præjudicare, nocere, & adversari, ac obviare possent quomodolibet in futurum, motu, & scientia similibus, specialiter & expressè derogamus: necnon Monasteriorum, & Ordinis predicatorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborris, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque: aut si aliquibus communiter, vel divisi in Sede præfata sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeant quomodolibet vel deferri: & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentionis specialis. Volumus autem, quod pro

tempore in Abbates ipsorum Monasteriorum, & membrorum per Patres Abbates, Commissarios, & Conventus præfatos electi, seu postulati, ac promoti, infra quatuor menses à die electionis, seu postulationis computandos, ad Sedem Apostolicam pro confirmationibus electionum, postulationum, seu promotionum suarum, vel novis provisionibus ipsorum Monasteriorum, & membrorum; necnon secundum taxam ab antiquo ipsis Monasterijs, & membris impositam, annatarum, seu mediorum fructuum primi anni hujusmodi Monasteriorum, membrorum, & aliorum jurium Cameræ Apostolicae debitorum solutionem, eidem Cameræ facienda, venire, aut mittere debeant, & teneantur; alioquin electio, postulatio, seu confirmatio, promotio, vel provisio nullius sint roboris, vel momenti: liceatque Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus ex tunc de quibusvis personis idoneis eisdem Monasterijs, sive membris providere; ipsisque illis in Abbates præficerre, seu Monasteria, & membra ipsa eisdem personis commendare. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, quidquid secùs super præmissis à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad quæcumque loca, in quibus illæ forent necessaria, transferri, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, quod earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Archiepiscopi, Episcopi, aut alterius Prælati munitis, prorsus in judicio, & extra fides plenaria adhibeat, & eis staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum voluntatis, statuti, concessionis, constitutionis, ordinationis, decreti, declarationis, mandati, requisitionis, hortationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo qua-

dringentesimo septuagesimo quinto, quarto Idus Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

14 Sixtus Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus & congruum, ut cùm super concessionibus, quæ à Sede Apostolica emanarunt, aliquæ dubitationes insurgunt, Romanus Pontifex per suæ declarationis oraculum dilucidet, & declareret: in his præsertim casibüs, in quibus regularem vitam professis devotè Domino servientibus, inquietudinis, & turbationis materia posset quomodolibet promovere. Dudum siquidem inter alia litteras nonnullorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, per quas dilectis filijs Abbatii Monasterij Cistercij Cabillonensis Dioecesis, cæterisque illius Co-Abbatibus, & Co-Abbatisis, & Religiosis Cisterciensis Ordinis ubilibet existentibus concessisse dicebantur, quod nullus cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut Sedis Apostolicae Officiales, seu etiam alterius Ordinis Abbates essent, Monasteria, Prælaturas, Abbatiales, & alias Dignitates, Beneficia, & loca, etiam utriusque sexus Ordinis Cisterciensis hujusmodi in titulum, vel Commendam obtinere posset, nisi ipsum Ordinem Cisterciensem expresse professus esset. Quodque dictus Abbas Cistercij, & alij Prælati Ordinis Cisterciensis de Monasterijs, Prælatu-rijs, Dignitatibus, Beneficijs, & locis prædictis, auctoritate ordinaria liberè disponere valerent: & quod illa nullatenus sub litteris Apostolicis comprehendenderentur: & quædam alia eorumdem prædecessorum statuta, declarationes, ordinationes, privilegia, & de-creta, ac indè secuta quæcumque, de fratrum nostrorum consilio, & per alias nostras litteras aprobavimus, & robur firmitatis obtinere debere decrevimus; supplevimusque omnes, & singulos defectus, si qui forsè intervenissent in eisdem. Ac volumus, quod illi, quos pro tempore dicti Ordinis Cisterciensis auctoritate in Abbates ipsorum Monasteriorum promoveri, & quibus de alijs Beneficijs Ecclesiasticis dicti Or-

Ordinis provideri contigerit, infra quatuor menses à die promotionum, sive provisionum suarum, ad Curiam Romanam pro illarum confirmatione impetranda venire, aut mittere; & annatam, sive medios fructus primi anni ipsorum Monasteriorum, sive Beneficiorum, secundum taxam in libris Cameræ Apostolicæ solitam solvere, ac de alijs juribus consuetis, eidem Cameræ satisfacere tenerentur; alioquin promotions, sive provisiones illorum, qui secùs facerent, nullius forent roboris, vel momenti: liceretque ex tunc Nobis, & dictis successoribus nostris de personis idoneis eisdem Monasterijs, & Beneficijs, pro quibus id factum non foret, providere, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur. Cùm autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Joannis Abbatis dicti Monasterij Cistercij petitio continebat, à nonnullis diversorum Monasteriorum ipsius Ordinis Cisterciensis Abbatibus, Abbatissis, & Religiosis revocetur in dubium, an sub voluntate nostra prædicta comprehendantur Monasteria, & Beneficia prædicti Ordinis, pro quorum provisionibus ad prædictam Curiam recursus haberi, juxta Constitutiones Apostolicas, necessariò non deberet, vel alias non consuevit. Nos, ad quos spectat super his adhibere vigilantiæ curam, alias litteras nostras prædictas ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes, ut omnis dubietatis scrupulus de dicti Ordinis Religiosorum cordibus, & mentibus tollatur, ipsius Joannis Abbatis in hac parte supplicationibus inclinati, voluntatem nostram prædictam, auctoritate Apostolica, præsentium tenore declaramus, quoad Monasteria, & alia Beneficia prædicta, pro quorum provisionibus ad Curiam antedictam recursus haberi, juxta Constitutiones Apostolicas, cessante concessione prædicta, necessariò non deberet, vel alias non consuevit, ut præfertur, nostræ mentis nunquam fuisse, illa sub voluntate nostra hujusmodi comprehendi debere: ac personas, quibus de illis canonice post datam dictarum aliarum litterarum nostrarum quandocumque provisum fuit, aut provideri con-

tinget in futurum, ad impefrandum novas provisiones, seu confirmationes ex voluntate nostra prædicta ullatenus teneri: Decernentes sic per quoscumque Auditores, & Judices in quavis causa interpretari, & judicari debere, sublata eis quavis alia interpretandi facultate, ac irritum, & inane si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis litteris, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Cæterum, quia difficile foret præsentes litteras Apostolicas ad quæcumque loca, in quibus de eis facienda esset fides, transferre, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, quod earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus Archiepiscopi, vel Episcopi, aut alterius Prælati munitis, prorsus in judicio, & extra fides plenaria adhibeatur, & illis stetur in omnibus & per omnia, sicuti originalibus litteris adhiberetur, & illis staretur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo septuagesimo nono, Idibus Julij, Pontificatus nostri anno octavo.

15 Quare pro parte dilectorum filiorum Joannis Abbatis Cistercij, Cablonensis Dioecesis, aliorumque dicti Ordinis Monasteriorum Co-Abbatum suorum, & Conventuum eorundem Nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulas litteras prædictas, & omnia in illis contenta, pro illorum subsistentia firmiori robur perpetuæ firmitatis obtinere decernere, illaque de novo concedere, aliasque in præmissis opportune prædere de benignitate Apostolica dignarremur. Nos igitur, qui statum Monasteriorum, & Religiosorum locorum omnium, præsertim dicti Cisterciensis Ordinis, quem præ cæteris propter ubi-

res fructus, quos dicti Ordinis Religiosi continuè omnibus eorum operibus afferunt, in visceribus gerimus charitatis, nedum conservari, sed augeri, & in melius dirigi nostris potissimum temporibus supremis desideramus affectibus, hujusmodi supplicationibus inclinati, singulas litteras prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta, & indè secuta quæcumque, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac plenum, ac perpetua firmitatis robur obtinuisse, & obtinere decernimus: supplentes omnes, & singulos tam juris quam facti defectus, si qui forsitan intervererint in eisdem. Et nihilominus potiori pro cautela litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta hujusmodi, in omnibus & per omnia, modo & forma præmissis, auctoritate & scientia similibus innovamus, & de novo concedimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinum prædicatorum, jamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; necnon omnibus illis, quas Nicolaus, Calixtus, Pius, Sixtus prædecessores, & Balthasar præfati in singulis eorum litteris prædictis voluerunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus expediens foret, deferre, volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarij indè rogati subscriptis, & sigillo alicujus Prælati, aut Abbatum prædicatorum, vel alterius personæ Ecclesiasticæ in dignitate constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis, ea prorsus in judicio, & extra, & alijs ubilibet plenaria fides adhibetur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

16 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, constitutionis, supplicationis, innovationis, concessioonis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, in-

dignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, quinto Kalendas Septembis, Pontificatus nostri anno tertio.

Concordat prout est in authenticō transumpto.

SCRIPTURA LVI.

Abbates, Monachi, Abbatissæ, Moniales, ceteraque personæ, servientes, loca, & membra, ac omnia bona Ordinis Cisterciensis sub Summi Pontificis, & Sedis Apostolicae protectione recipiuntur, & eis immediate subjiciuntur; nec tenentur ad præstationem aliquarum Collectarum, Subsidiorum, aut Procurationum: & sunt exempti ab omni jurisdictione, superioritate, visitatione, dominio, & potestate Episcoporum.

1 Innocentius Episcopus, servus Aug. servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. 1487.

2 Ad Romani Pontificis spectat officium suorum prædecessorum inhærendo vestigijs, illa, quæ per ipsos prædecessores laudabiliter, ac provida ratione pro statu, & quiete personarum sub regulari observantia assidue studio piæ vitæ vacantium gesta sunt, ut maiorem obtineant roboris firmitatem, quo sæpius fuerint Apostolico præsidio communita, sui præsidij munimine roborare; ac illa etiam de novo concedere, prout rationabiles causæ suadent, & id in Domino conspicit salubriter expedire.

3 Sanè pro parte dilectorum filiorum Joannis Cistercij Cabilonensis Diœcesis, aliorumque Cisterciensis Ordinis Monasteriorum Abbatum, & Conventuum eorundem Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet ipsi, eorumque, ac dicti Ordinis Monasteria, tam virorum, quam mulierum, & alia Religiosa loca, membra, ac Monachi, Moniales, Vassalli, Subditi, & eis Servientes, bonaque omnia jam dum per plures Romanos Pontifices

præ-

prædecessores nostros sub ipsorum Pontificum, & Apostolicae Sedi protectio-ne recepti & recepta, ac Sedi prædictæ immediate subiecti & subjecta; necnon ab omni jurisdictione ordinaria exempti & exempta fuerint; eisque conces-sum extiterit, ut ad præstationem aliquarum Collectarum, seu Subsidiorum, aut Procurationum, & aliarum exactionum per Sedem prædictam, seu ejus Legatos, aut ipsorum auctoritate, & mandato, seu per locorum Ordinarios, vel alios pro tempore impositorum non tenerentur: tamen desiderant pro ma-jori eorum quiete, præmissis receptioni, subjectioni, & alijs prædictis, etiam nostræ approbationis robur adjici; illa-que omnia etiam per Nos eis de novo concedi. Quare pro parte Abbatum, & Conventuum prædicatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut recep-tioni, exemptioni, & subjectioni præ-dictis, ac singulis desuper confessis litteris, pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ approbationis adjiceres; ac eos, necnon Monasteria, loca, mem-bra, Monachos, Moniales, Vassallos, Subditos, Servientes, & bona omnia hujusmodi de novo sub nostra, & Sedi prædictæ protectione suscipere: ac ab hujusmodi jurisdictione perpetuò exi-mere, & totaliter liberare: aliasque in præmissis opportunè providere de be-nignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur, qui in singulorum sub regulari observantia piæ vitæ stu-dio vacantium quiete reficimur, cu-pientes, ut Religiosi dicti Ordinis, quos præ cæteris propter uberes fructus, quos in Militanti Ecclesia continuè bo-nis eorum operibus afferunt, in visce-ribus gerimus charitatis, eò liberius divinis beneplacitis insistere possint, quo à Sede prædicta majori libertatis privilegio noverint se communitos, hujusmodi supplicationibus inclinati, receptionem, exemptionem, subjec-tionem, ac singulas desuper confessas litteras cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, auctoritate Apos-tolica, & ex certa scientia, tenore præsentium approbamus, ac perpetua& inviolabilis firmitatis robur obtine-re decernimus: supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsè interve-

nerint in eisdem. Et nihilominùs pro potioris cautelæ suffragio, Monasteria, loca, membra, bona omnia prædicta præsentia, & futura, Abbates, Abba-tissas, Monachos, Moniales, Vassallos, Subditos, & Servientes præfatos, nunc & pro tempore existentes, auctoritate, & scientia præfatis sub Beati Petri, & Sedi prædictæ, atque nostra protec-tione suscipimus: ac ab omni jurisdictione, superioritate, correctione, vi-sitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & alio-rum Judicum Ordiniorum, eorumque Vicariorum, & Officialium quo-rumcumque; necnon à solutione Sub-sidiorum, etiam Charitativorum, Pro-curationum, Collectarum, & aliarum exactionum hujusmodi pro tempore imponendarum, auctoritate, & scien-tia præfatis perpetuò prorsus eximi-mus, & totaliter liberamus; ac Nobis, & Sedi prædictæ immediate subjicimus. Ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Or-dinarij, Vicarij, Judices, & Officiales prædicti, etiam ratione delicti, aut contractus, vel rei, de qua ageretur, ubicumque committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa con-sistat, nullam in eos, & eorum aliquem, aut Monasteria, membra, & bona præ-dicta, tamquam prorsus exemptos & exempta, jurisdictionem, correptionem, superioritatem, dominium, vel potestatem exercere: aut excommuni-cationis, suspensionis, vel interdicti, aut quavis alias sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas promulgare præsumant, seu possint, aut debeant quoquomodo. Nec ipsi sicut exempti coram illis, aut ipsius Sedi Delegatis, vel Subdelegatis, nisi in litteris eis pro tempore directis de præsentibus spe-cialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, ad judi-cium evocari, aut quovis modo direc-tè vel indirectè molestari possint: de-cernentes omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & poenas, quos, & quas per Archiepiscopos, Episco-pos, Ordinarios, Judices, Vicarios, & Officiales prædictos, seu eorum ali- quem contra Abbates, & alios exem-ptos; necnon Monasteria, & loca hujus-modi, etiam exempta, ut præfertur,

haberi, vel promulgari; neconon quidquid secus super his ab eis, & alio quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, & inania, nulliusque roboris vel momenti.

5 Non obstantibus felicis recordationis Innocentij Papæ IV. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit: *Volentes, & alijs Constitutionibus, & Ordinationibus quibuscumque Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis prædictorum, jamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; neconon omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum est non obstatre, ceterisque contrarijs quibuscumque.*

6 Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus expediens foret, deferre, volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarij inde rogati subscriptis, & sigillo alicujus Curiæ Ecclesiastice, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsùs in judicio, & extra, & alijs ubilibet fides adhibeat, quæ præsentibus adhibetur, si essent exhibitæ vel ostensa.

7 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, decreti, supplicationis, susceptionis, exemptionis, liberationis, subjectionis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo septimo, tertio Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Concordat prout est in authenticō transumpto.

SCRIPTURA LVII.

Bulla conservatoria præcedentis.

1 **I**nnocentius Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monasterij Sancti Stephani de Divione Lingonensis Diœcesis, & Parisiensis, ac Cameracensis Ecclesiarum Decanis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie à Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis.

2 Innocentius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani Pontificis spectat officium suorum prædecessorum inha- rendo vestigijs, &c.

3 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo septimo, tertio Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

4 Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios præmissa omnia, & singula, ubi, quando, & quoties expedierit, ac pro parte dictorum exemptorum in præinsertis litteris nominatorum, seu alicujus eorum fueritis requisiti, solemniter publicantes: ipsisque sic exemptis, & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciat eos approbationis susceptionum, exemptionum, liberationum prædictarum pacifica possessione, vel quasi gaudere: non permittentes eos, aut aliquem eorum per Archiepiscopos, Episcopos, Ordinarios, Vicarios, & Officiales prædictos, aut aliquem eorum contra super susceptione, exemptione, liberatione, approbatione, & alijs in eis contentis confessarum, tam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quam nostrarum litterarum tenores quomodo libet molestari, inquietari, vel perturbari: contradictores, ac molestatores quoslibet, & rebelles, auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sacerularis.

5 Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cayetur, nequis extra suam

suam Civitatem , vel Diœcesim , nisi in certis exceptis casibus , & in illis ultra unam diætam à fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur : seu ne Judices , ac Conservatores à Sede Apostolica deputati , extra Civitatem , & Diœcesim , in quibus deputati fuerint , contra quoscumque procedere , aut alij , vel alijs vices suas committere præsumant ; & de duabus diætis in Concilio Generali editis , ac de personis ultra certum numerum ad judicium non evocandis , & alijs Apostolicis Constitutionibus , statutis quoque , & consuetudinibus Monasteriorum , & Ordinis in ipsis insertis litteris expressorum , juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , contrarijs quibuscumque : aut si aliquibus communiter , vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum , quod interdici , suspendi , vel excommunicari non possint , per litteras Apostolicas non facientes plenam , & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem .

6 Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo septimo , tertio Kalendas Septembris , Pontificatus nostri anno tertio .

Concordat prout est in authenticō transumpto , exceptis omissis .

SCRIPTURA LVIII.

Monaeteria , & alia loca Ordinis Cisterciensis , que Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in Commendam obtinent , tenentur ad solutionem contributionum , & charitativorum subsidiorum , quemadmodum alia Monaeteria proprios Abbates habentia .

Dec. I Innocentius Episcopus , servus servorum Dei . Ad perpetuam rei memoriam .

27. an. 1487. *Dum ad fructus uberes , quos Saccer Ordo Cisterciensis in agro Militantis Ecclesiæ divina ordinatione plantatus producere non cessat , nostræ considerationis intuitum dirigimus , & intra nostri pectoris arcana revolvimus , quod per illius fructuosos palmites Sacra Sancta Ecclesia non mediocriter decratur , & Catholica fides continuè exaltatur : dignum immo debitum reputa-*

mus , ut Ordo ipse , illiusque personæ studijs virtutum , & sacris litteris insistentes , per nostræ provisionis auxilium in suis opportunitatibus competens suscipiant relevamen . Sanè accepimus , quod licet per statuta ipsius Ordinis , etiam per Sedem Apostolicam confirmata , fuerit olim providè , & laudabiliter ordinatum , quod tam pro expensis Capituli Generalis ipsius Ordinis , quod in Monasterio Cistercij Cabilonensis Diœcesis annis singulis celebrari consuevit , quam sustentatione personarum dicti Ordinis , ac quam plurimorum Monachorum dicti Ordinis , qui ad diversas Universitates Studiorum generalium per eorum Superiores frequenter mittuntur ; necnon stipendijs Rectorum , & Magistrorum , ac varijs alijs oneribus dicti Ordinis supportandis , singula ipsius Ordinis Monasteria certam taxam moderatam , contributionem appellatam , solverent : & temporibus quibus taxa hujusmodi imposta fuit , Ordo ipse inter ceteros approbatos Ordines , tam in divinorum celebratio- ne , quam regulari observantia , & Viris sacrarum litterarum scientia prædictis floruerit ; tamen postquam nonnulla ipsius Ordinis Monasteria in Com mendam concessa fuerunt , quia illorum Commendatarij prætententes se diversis exquisitis vijs Patribus Religio nis non fore subjectos , ac hujusmodi contributionibus , ac charitativis subsidijs exemptos esse , & per statuta Ordinis ad id compelli non posse : contributiones , & subsidia hujusmodi , illarumque arreragia solvere recusarunt . Unde Ordo ipse multis debitorum oneribus gravatus existit , multaque exinde damna , & dispendia sustinuit , & sustinet de praesenti in ejus grave præjudicium pariter & jacturam . Et quamvis felicis recordationis Sixtus Papa IV . prædecessor noster huic morbo congruam medelam adhibere cupiens , omnes , & singulas personas , cujuscumque dignitatis , status , gradus , vel conditionis forent , sub certis tunc expressis pœnis per suas litteras monuerit , & mandaverit eisdem , ut contributiones , & subsidia prædicta , tam de præterito , quam de futuro temporibus persolverent ; nihilominus monitio , & manda tum

tum hujusmodi parum hactenùs eidem Ordini fructum attulerunt, præcipue quia nonnulli ex Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus aliqua ipsius Ordinis Monasteria in Commendam obtinenter, & de illis in litteris Sixti prædecessoris hujusmodi non fuit facta mentio specialis.

3. Nos igitur ipsius Ordinis, quem in visceribus charitatis specialiter gerimus, necessitatibus (quantum Nobis ex alto conceditur) providere cupientes, motu proprio, non ad alterius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus, omnia & singula Monasteria, & alia loca dicti Ordinis, quæ prædicti, & qui pro tempore fuerunt ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in Commendam hujusmodi obtinent, & imposterūm obtinebunt, ad solutionem contributio-num, & etiam charativorum subsidiorum hujusmodi, quemadmodum Monasteria proprios Abbates habentia fore efficaciter obligata: ac Superiores dicti Ordinis, ad quos id pertinet, & in futurum pertinebit, Procuratores, Vicarios, & Factores eorundem Cardinalium in dictis Monasterijs pro tempore deputatos, ad solutionem contributionum hujusmodi nomine eorundem Cardinalium præfato Ordini faciendam, juxta tenorem litterarum Sixti prædecessoris hujusmodi compellere posse, & debere. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque privilegijs, indultis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, sub quibusvis formis, & expressionibus verborum; ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, à Nobis vel Sede prædicta pro tempore emanatis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

4. Et quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus illas opus fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis earundem præsentium manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus Episcopi, vel alterius

Prælati Ecclesiastici, sive alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plena fides ubique adhibeat, & illis tam in judicio, quam extra illud, ubicumque exhibita fuerint, vel ostensa, firmiter stetur in omnibus & per omnia, sicut eisdem præsentibus staretur, si forent originaliter exhibitæ, vel ostensa.

5. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutio-nis, declarationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, sexto Kalendas Januarij, Pontificatus nostri anno quarto.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA LIX.

Universa Monasteriorum, Prioratum, locorum, & personarum Cisterciensis Ordinis exemptiones, subjectiones, uniones, annexiones, incorporationes, & reservationes quibuscumque locis, aut personis extra eundem Ordinem factæ, revocantur, ac annullantur, & in pristinum statum restituuntur.

1. **I**nnocentius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

April.
9. an.
1489.

2. Licet exacta Apostolica Sedis providentia in rebus omnibus debitæ circumspectionis modum adhibeat, non potest tamen humana conditio in tanta rerum, & negotiorum multitudine usqueadèo vigilanter intendere, quin multa plerumque, etiam ad importunam aliquorum instantiam concedantur, quæ postmodum revocatione indigere noscuntur: unde ad præsidentis in ejusdem specula spectat officium, per debitæ revocationis ministerium taliter providere, ut Monasteria, & regularia loca, ac illorum persone detrimenta non sustineant, prout Monasteriorum, & personarum hujusmodi qualitate pen-

pensata, id conspicit in Domino salubriter expedire. Sanè sicut ex relatione dilecti filij Joannis Abbatis Monasterij Cistercijs Cabilonensis Dicēsis accepimus, nonnulli Abbates, Abbatissæ, Priores, & Priorissæ Cisterciensis Ordinis mediatè, vel immediate Abbati Monasterij Cistercijs pro tempore existenti, ac Generali Capitulo Cisterciensis Ordinis, quod anno quolibet in dicto Monasterio Cistercijs celebratur, subjecti, Monasteria, Prioratus, Officia, loca, membra, suasque, & Monasteriorum, ac Prioratum hujusmodi personas, à superioritate, obedientia, & visitatione præfari Abbatis Monasterij Cisterciensis, ac aliorum Patrum Abbatum, nec non Commissariorum dicti Capituli eximi, & liberari: ac alijs Monasteriis etiam aliorum Ordinum, seu locorum Ordinarijs, se, & Monasteria, Prioratus, loca, & membra hujusmodi subjici, & submitti: alia verò Monasteria, Prioratus, loca, & membra dicti Ordinis alijs Beneficijs sacerularibus, seu etiam aliorum Ordinum regularibus, aut Episcopalibus, Abbatialibus, seu Capitularibus, aut Episcoporum mensis perpetuò, vel ad certum tempus per Nos, vel Sedem prædictam, seu illius Legatos uniri, annexi, & incorporari procurarunt, seu potius per importunam instantiam extorserunt. Quidam verò alijs dicti Ordinis non professores à Nobis, & eadem Sede, vel ejus Legatis, ut unum, duo, tria, aut plura Beneficia Ecclesiastica, etiam dicti Ordinis Cisterciensis regularia in Commendam, quoad viverent, obtinere possent, dispensationes impetrarunt, in grave ipsius Cisterciensis Ordinis præjudicium, & auctoritatis dicti Monasterij Cistercijs, aliorum Patrum Abbatum Ordinis ejusdem, ipsiusque Capituli Generalis depressionem: propterea in ipsis sic exemptis, seu unitis, aut in Commendam concessis debita visitationis, & reformationis officium in capite, & in membris non exerceatur; Ministrorumque numeris, & alijs Divinus Cultus, ac regularis observantia plurimum diminuatur; juraque alia dicti Cisterciensis Ordinis in eisdem Monasterijs & locis amittuntur.

3. Nos igitur, qui ad Ordinem ip-

sum singularem semper gerimus, & gessimus devotionis affectum, indemniti Monasterij Cistercijs, ac Ordinis prædictorum providere cupentes, mulitorum etiam querelis super hoc excitati, motu proprio, non ad alicujus Nōbis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica, tenore praesentium omnes, & singulas exemptiones Monasteriorum, Prioratum, Officiorum, aliorumque Beneficiorum, locorum, & membrorum dicti Cisterciensis Ordinis, illorumque Abbatum, Monialium, Priorum, & aliorum personarum quantumlibet, necnon Monasteriorum, & Prioratum, Officiorum, Beneficiorum, locorum, & membrorum utriusque sexus, ac personarum hujusmodi alijs Monasterijs, seu Beneficijs, Collegijs, Conventibus, & mensis cujuscumque de ipso Ordine Cisterciensi non existentibus, aut personis Ecclesiasticis, vel quorumvis aliorum Ordinum regularibus qualitercumque privilegiatis, cujuscumque status, dignitatis, aut præminentia exstant, etiam Episcopali, vel Archiepiscopali præfulgeant dignitate, subjectiones, & submissiones, necnon de quibusvis ejusdem Cisterciensis Ordinis Monasterijs, Prioratibus, Officijs, alijsque Beneficijs, locis, & membris quibuscumque dicti Ordinis Cisterciensis, aliorum Ordinum Monasterijs, Prioratibus, Præposituris, Collegijs, seu quibuscumque Beneficijs Ecclesiasticis, alterius quam Cisterciensis Ordinis hujusmodi, seu sacerularibus, aut illorum mensis uniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, & extinctiones, tam per Nos, quam Sedem prædictam, aut illius Legatos quomodocumque, vel qualitercumque, & pro quibuscumque causis, etiam necessario exprimendis, etiam motu, & scientia, ac potestatis plenitudine similibus factas: ac quascumque speciales reservationes, seu gratias, expectativas, ac dispensationes de obtinendis ejusdem Cisterciensis Ordinis Monasterijs, Prioribus, Officijs, Beneficijs, locis, & membris in Commendam, etiam motu, & scientia similibus,

8. cum quibusvis etiam derogatoria-
rum derogatorijs clausulis concessas,
auctoritate Apostolica , tenore præsen-
tium revocamus , cassamus , irritamus ,
& annullamus , ac viribus omnino eva-
cuamus : Necnon Monasteria , Priora-
tus , Officia , loca , & membra hujus-
modi sic exempta , subiecta , unita , an-
nexa , incorporata , suppressa , & ex-
tinguita in pristinum , & eum , in quo an-
tequam exemptiones , uniones , anne-
xiones , incorporationes , suppressiones ,
reservations , expectativæ , & disposi-
tiones , ac alia præmissa emanarent , quo-
modo ibet existebant , statum restitui-
mus , reponimus , & plenariè reintegra-
mus : dictoque Cistercij , & alijs Pa-
tribus Abbatibus dicti Ordinis Cister-
ciensis , ac Capitulo Generali , prout
ad unumquemque eorum respectivè
pertinet , prout alia ipsius Ordinis Mo-
nasteria , Prioratus , Officia , Beneficia ,
loca , & membra subesse decernimus .
Ac volumus , quod Patres Abbates im-
mediate pro jure eorum , necnon Cis-
terciensis Abbas pro tempore existens ,
& Generale Capitulum , ac ab eis de-
putati , seu deputandi pro tempore in
Monasterijs , Prioratibus , Officijs , &
alijs Beneficijs , locis , & membris præ-
dictis , sic per Nos restitutis , debitum
visitationis , reformationis , & correc-
tionis officium , tam in capite , quam in
membris exercere : ac de eisdem Mo-
nasterijs , Prioratibus , Officijs , & Bene-
ficijs , locis , & membris sic restitutis , &
dismembratis disponere liberè , ac licite ;
necnon cætera sic dicti Cisterciensis Or-
dinis jura ab ipsis exigere valeant in
omnibus & per omnia , ac si exemptio-
nes , subjectiones , uniones , annexiones ,
incorporationes , suppressiones , reserva-
tiones , expectativæ , & dispensationes
prædictæ , seu earum aliquæ à Nobis ,
vel Sede prædicta nullatenus emanaf-
sent , & imposterum emanarent .

4. Et nihilominus Venerabili fratri
nostro Episcopo Cabilonensi , & quibus-
vis alijs locorum Ordinarijs , ac Cathed-
ralium Ecclesiarum Canonicis , & in
Ecclesiastica dignitate constitutis per-
sonis , per Apostolica scripta motu si-
mili mandamus , quatenus ipsi , & qui-
libet eorum , quoties super hoc pro
parte dicti Abbatis Cistercij , aut Capi-

tuli Generalis , seu deputatorum eo-
rundem fuerint requisiti , omnes , &
singulos cujusque status , dignitatis , se-
xus , aut præminentia existant , etiam si
Episcopali , aut Archiepiscopali digni-
tate fulgeant , Monasteria , Prioratus ,
Beneficia , loca , & membra hujusmodi
unita , subiecta , seu suppressa tenen-
tes , ad illa liberè dimittendum infra
quindecim dierum spatium per Episco-
pos , & Superiores sub interdicti ingre-
sus Ecclesiæ ; alios verò inferiores sub
excommunicationis latæ sententia poe-
nis , quas , si non paruerint , eo ipso in-
currant , per se , vel alium , seu alios
moneant . Alioquin non parentes , lap-
sis quindecim diebus , Episcopos , & Su-
periores , videlicet ingressum Ecclesiæ
interdictum ; alios verò inferiores ex-
communicatos publicè nuntient : & ab
alijs nuntiari , ac ab omnibus arctius
evitari : ac alias ejusdem Abbatis Cister-
ciensi , & Capitulo Generali , seu eo-
rum Commissarijs , aut Deputatis in
præmissis efficacis defensionis præsidio
assistentes , non permittant eosdem Cis-
terciensem Abbatem , & Capitulum
Generale , seu Deputatos ab eis super
præmissis contra præsentium tenorem
quomodolibet molestari : Molestatores ,
& contradictores quoslibet & rebelles
per censuram Ecclesiasticam , & alia
juris remedia cum censurarum earun-
dem aggravatione , reaggravatione ,
appellatione postposita compescendo ,
invocato etiam ad hoc , si opus fuerit ,
auxilio brachij sacerularis .

5. Non obstantibus præmissis , ac
quacumque præscriptione quanticum-
que longissimi temporis , necnon felicis
recordationis Bonifacij Papæ VIII.
prædecessoris nostri , quibus cavetur ,
ne quis extra suam Civitatem , & Dio-
cesim , nisi in certis casibus exceptis , &
in illis ultra unam diætam à fine suæ
Dioecesis ad judicium evocetur : seu ne
Judices , & Conservatores à Sede de-
putati prædicta extra Civitatem , &
Dioecesim , in quibus deputati fuerint ,
contra quoscumque procedere , aut
alijs , vel alijs vices suas committere
præsumant : & de duabus diætis in Con-
cilio Generali edita , & alijs Constitu-
tionibus , & Ordinationibus Apostoli-
cis , necnon quorumvis aliorum Ordin-
num ,

num , seu Ecclesiarum etiam sacerdotalium , quibus , seu quorum mensis Beneficia dicti Cisterciensis Ordinis unita sunt , juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia robورatis , statutis , & consuetudinibus ; ac illis , necnon personis prædictis concessis , & concedendis privilegijs , exemptionibus , indultis , & litteris Apostolicis , quibus etiam si de eis , & personarum quibus uniones , annexiones , & incorporationes , necnon reservationes , & expectativæ , ac dispensationes hujusmodi concessæ sunt , seu ad quorum instantiam ille , ac subjectiones , exemptiones , ac suppressiones prædictæ emanarunt , ipsarumque personarum qualitatibus specialis , specifica , & expressa , individua , ac de verbo ad verbum mentio , non autem per clausulas generales id importantes , præsentibus ad effectum opportunæ derogationis habenda foret , & præsentibus in aliquo etiam expressè derogare viderentur : tenores illorum pro sufficienter expressis habentes , specialiter & expressè , motu , & scientia , & potestatis plenitudine similibus derogamus , ac pro derogatis , & infertis , & non concessis haberi volumus & decernimus , contrarijs quibuscumque : aut si aliquibus communiter , vel divisim ab eadem sit Sede indultum , quod interdici , suspendi , vel excommunicari , aut extra , vel infra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem .

6 Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca , in quibus expediens fuerit , deferre , motu simili volumus , ac dicta auctoritate decernimus , quod illarum transumptis manu publici Notarij inde rogati subscriptis , & sigillo dicti Cisterciensis , vel aliorum ipsius Cisterciensis Ordinis Monasteriorum Abbatum , aut alterius Prælati , seu personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ , aut Curia Ecclesiastica munitis , ea prorsus in judicio , & extra , & alijs ubilibet fides adhibetur , quæ præsentibus adhiberetur , si essent exhibitæ , vel ostensæ .

7 Nulli ergo omnino hominum li-

ceat hanc paginam nostræ revocationis , cassationis , irritationis , annulationis , evacuationis , restitutionis , repositionis , reintegrationis , constitutions , voluntatis , mandati , derogationis , & decreti infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo nono , quinto Idus Aprilis , Pontificatus nostri anno quinto .

Concordat prout est in authenticæ transumpto .

SCRIPTURA LX.

Bulla de facultate Abbatibus quatuor principalium Monasteriorum Cisterciensium concessa , Ornamenta Ecclesiastica benedicendi ; Calices , & Altaria consecrandi ; Populum solemniter benedicendi ; Subdiaconatus , & Diaconatus Ordines conferendi ; Missam ante lucem celebrandi ; Abbatesque , & Abbatis benedicendi .

1 **I**nnocentius Episcopus , servus servorum Dei . Dilecto filio Joanni Abbatij Monasterij Cisterciensium bilonensis Dioecesis , salutem , & Apostolicam benedictionem .

2 Exposita tuae devotionis sinceritas , & Religioris promeretur honestas , ut tam te , quem speciali dilectioni prosequimur , quam tuum , & alia quatuor principalia tui Cisterciensis Ordinis Monasteria , post , & per dictum Monasterium tuum immediate fundata , primas quatuor illius filias nuncupata , condignis honoribus attollamus : ac specialibus favoribus , & gratijs prosequamur .

3 Cum itaque sicut exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat : ex privilegijs , & indultis Apostolicis tibi , & aliorum quatuor Monasteriorum prædictorum Abbatibus pro tempore existentibus , ut omnes Ordines minores personis Ordinis ejusdem intra Monasteria prædicta conferre , ac pallias Altaris , & omnia Ornamenta Ecclesie 2 Ecclesie

Ecclesiastica benedicere : ac Mitra , & Annulo , & alijs Pontificalibus insignijs uti ; neçnon in ipsis , & alijs Monasterijs , & Prioratibus illis subjectis , ac Parochialibus , & alijs Ecclesijs ad eos communiter , vel divisim pertinentibus , quamvis eis pleno jure non subessent , Benedictionem solemnem post Missarum , Vesperarum , & Matutinarum solemnia (dummodo in benedictione hujusmodi aliquis Antistes , vel Apostolicæ Sedis Legatus præsens non forent) elargiri : ac Ecclesijs , & Monasteria dicti Ordinis , quoties fuerit opportunitum (dummodo ex homicidio illa polluta non forent) reconciliare , aqua prius per aliquem Catholicum Antistitem , ut moris est , benedicta , obtenta , valerent : diversis vicibus , ac partibus , quandoque sigillatim , quandoque simili , prout ipsa privilegia edocent , concessum fuerit : & ab aliquibus hascetur , an tu , & dicti Abbates , pallas , & alia Ornamenta hujusmodi extra ipsius Ordinis Monasteria , & etiam illa , quæ ad Monasteria , & loca dicti Ordinis non expectarent : & an posint in quibuslibet alijs Monasterijs , & locis dicti Ordinis utriusque sexus benedicere , licet Abbates prædecessores , à tanto tempore citra , cuius contrarij hominum memoria non extitit , præmissa omnia , seu majorem partem facere consueverint .

4 Nos , qui Ordinem ipsum præceteris in visceribus gerimus charitatis , & illum intendimus non minoribus gratijs , & privilegijs , quæcumque prædecessores nostri fecerint , decorare : tuis in hac parte supplicationibus inclinati , tibi , & successoribus tuis , ac dictis Abbatibus aliorum quatuor Monasteriorum prædictorum nunc , & pro tempore existentibus , ut de cætero perpetuis futuris temporibus , prædicta , & quæcumque alia Vestimenta , ac Ornamenta Ecclesiastica (Corporalibus , Vasculisque , ad reponendum Sacram Eucharistiam , ac Imaginibus quibuslibet comprehensis) in locis , & domibus dicti Ordinis benedicere : & Calices consecrare , tam de dicto Ordine , quæ si ad vos aliunde nonnunquam deferantur : ac Altaria de novo constructa , seu translata , restaurata , aut mutata in

quibuslibet locis dicti Ordinis , Christi mate Sacro prius ab aliquo Catholico Antistite recepto , consecrare : Et etiam Benedictionem solemnem , post Missarum , Vesperarum , & Matutinarum solemnia in quibuslibet Monasterijs , domibus , atque locis dicti Ordinis utriusque sexus , servatis gradibus superioritatis inter vos , elargiri : Ac ne Monachi dicti Ordinis , pro suscipiendis Subdiaconatus , & Diaconatus Ordinibus , extra claustrum hinc inde discurrere cogantur , tibi , & successoribus tuis , ut quibuscumque dicti Ordinis Monachis , alijs vero quator Abbatibus præfatis , ac eorum successoribus , ut suorum Monasteriorum prædictorum Religioni , quos ad id idoneos reperritis , Subdiaconatus , & Diaconatus Ordines hujusmodi alias ritè conferre : Ac cùm negotiorum qualitas pro tempore ingruentium id exegerit , antea quæ illucescat dies , circa tamen diurnam lucem , ita quod id nec vobis , nec Sacerdoti taliter in præsentia vestra celebranti , ad culpam valeat imputari , Missam in vestra , & cujuslibet vestrum , ac familiarium vestrorum vobiscum præsentia , per vosmetipsos Missam celebrare , & per alium Sacerdotem idoneum facere celebrari : Et quia interdum propter munus benedictionis , quod per Episcopos Abbatibus , & Abbatissas dicti Ordinis impenditur , contentiones , ac privilegiorum Ordinis vestri læsiones oriuntur , sub eo prætextu , quod Episcopi præfati ex impensione munieris hujusmodi , prætendunt aliquam postmodum in eos , & eorum Monasteria jurisdictionem , & superioritatem contra dicti Ordinis vestri privilegia habere : tibi , & successoribus tuis prædictis duntaxat , ut munus benedictionis hujusmodi , quibuscumque dicti Ordinis Abbatibus , & Abbatissas impendere , ac Abbatibus , & Abbatissas prædictis , ut dictum munus à te , & successoribus tuis præfatis recipere , liberè ac lícite possitis , & possint , auctoritate Apostolica , & ex certa scientia , tenore præsentium , de speciali dono gratiæ indulgemus .

5 Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis : necnon omnibus illis , quæ in litteris privilegio-

giorum & indultorum hujusmodi concessum est non obstare , cæterisque contrarijs quibuscumque. Proviso quod hujusmodi concessione ante diem celebrandi , seu celebrari faciendi parcè utamini. Quia cum in Altaris Officio immoletur Dominus noster Dei Filius Jesus Christus , qui candor est lucis aternæ , congruit hoc non noctis tenebris fieri , sed in luce. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæcumque loca , in quibus expediens fuerit , deferre : volumus , & præfata auctoritate decernimus , quod illarum transumptis manu publici Notarij inde rogati subscriptis , & sigillo tuo , aut alicujus Curiæ Ecclesiasticae , seu personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis , ea prorsus fides indubia adhibeat , quæ præsentibus adhiberetur , si essent exhibitæ , vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessio- nis , voluntatis , & constitutionis infringere , vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

6 Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ M. CCC. LXXXIX. V. Idus Aprilis , Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat prout est in Diffinitionibus Ordinis de Alcantara.

SCRIPTURA LXI.

Quod ab Abbe Cisterciij , & ejus Visitatoribus non liceat appellare extra Ordinem , etiam ad Sedem Apostolicam , nisi pro notoria injuria , & in eventu denegatae justitiae.

April. 1 Innocentius Episcopus , servus servorum Dei. Ad perpetuam 29.an. 1489. tei memoriam.

2 Et si pro cunctorum sub regulari observantia assidue studio piæ vitæ Domino famulantium statu prosperè , & salubriter dirigendo , ex commisso Nobis desuper Apostolicæ servitutis officio paternis teneamur curis intende re ; ad Religiosos tamen Cisterciensis Ordinis , quos præ ceteris ob corum

bonos , & exemplares mores , ac uberes fructus , quos in agro Militantis Ecclesie hactenùs afferre non cessarunt , prout in dies non cessant , in visceribus gerimus charitatis , dirigimus oculos nostræ mentis , & ad ea per quæ Religiosorum eorundem , ac Monasteriorum , & locorum dicti Ordinis indemnitatibus consulitur , ac quæ ex eis reformatione pro tempore indigere noscuntur , sublatis quibusvis obstaculis , & subterfugijs , debitè per eorum Superiores juxta regularia dicti Ordinis instituta , ac privilegia , tam per Nos , quam alios Romanos Pontifices prædecessores nostros desuper provida deliberatione concessa , reformari possint , libenter interponimus sollicitudinis nostræ partes , ac opportunæ provisionis remedia favorabiliter adhibemus , prout id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè dudum pro conservatione , & augmento Cisterciensis Ordinis , qui à sui primæva institutione plurimum inter cæteros Ordines observantia regularis floruit , ac suos palmites in agro Militantis Ecclesie per diversas orbis partes ob Religiosorum dicti Ordinis doctrinam , vitæ sanctimoniam , ac bonos , & exemplares mores longè , latèque disseminavit : ex Privilegijs , & Ordinationibus Apostolicis , ac etiam regularibus dicti Ordinis institutis providè statutum , & ordinatum fuit , ut singulis annis in Monasterio Cisterciensi Cabillonensis Diœcesis , quod dicti Ordinis Cisterciensis caput , origo , & fundamentum existit , Capitulum ipsius Cisterciensis Ordinis Generale celebretur , ad quod Abbas dicti Monasterij Cisterciij pro tempore existens , ut caput , & alij ipsius Cisterciensis Ordinis Abbates de omnibus ferè mundi partibus , ut membra , conveniunt : in quo diversa Ordinis prædicti negotia , statum , & directionem illius , ac personarum dicti Cisterciensis Ordinis concorrentia per Diffinitores dicti Capituli tractantur , diffiniuntur , ordinantur , & terminantur ; errores corriguntur , & quæ reformatione indigent , reformati- tur , & ad statum debitum reducuntur ; ac Visitatores de Ordine ipso Cisterciensi ad visitandum Monasteria , tam Virorum , quam Monialium ejusdem

Cis.

Cisterciensis Ordinis in diversis mundi partibus constituta deputantur, etiam cum plenissima facultate, & potestate reformandi, corrigendi, puniendi, & si demerita id exegerint, Abbates Abbatiali, & Abbatissas Abbatissali dignitatibus, ac alias Administrationes, & Officia in dictis Monasterijs obtinentes Officijs, & Administrationibus eorum privandi, & de eis alijs personis idoneis juxta ipsius Cisterciensis Ordinis instituta regularia providendi. Verum quia à certis temporibus citra quamplura ex dicti Cisterciensis Ordinis Monasterijs, atque locis, diversis personis Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus commendata fuerunt: & propterea in ipsis Monasterijs, atque locis pro majori parte regularis observantia, & pristina vivendi forma defecerunt, ac in Monasterijs, atque in locis prædictis Religiosi secundum ipsius Ordinis Cisterciensis observantiam regularem viventes non habentur, & Commendatarij prædicti, ac etiam diversorum aliorum dicti Cisterciensis Ordinis Monasteriorum Abbates, & Abbatissæ, ac Priors, & Monachi illorum normam, & diffinitiones ejusdem Ordinis Cisterciensis minimè observantes, dum per dictos Visitatores visitantur, visitationem, correctionem, & punitionem ipsorum Visitatorum cupientes evitare, ad impediendum visitationem hujusmodi, sæpenumerò ab hujusmodi visitationibus, correctionibus, depositionibus, & alijs per dictos Visitatores pro tempore factis, ad Sedem Apostolicam appellations interponunt; & hujusmodi appellationum causas per Sedem prædictam diversis Judicibus delegatis, tam in Romana Curia, quam extra eam committi, ac Visitatoribus præfatis inhiberi procurant: ex visitationibus hujusmodi, quæ occasione dictarum appellationum impediuntur, effectus debitus succedere non potest: sicque delicta remanent impunita, Monasteria, & regularia loca dicti Cisterciensis Ordinis non reformantur, & impunitas alijs præbet incentivus delinquendi: cum Abbas dicti Monasterij Cistercij pro tempore existens, ac dicti Ordinis Cisterciensis Visitatores, tot diversis litigiorum anfractibus fatigati, hujusmo-

di appellationum causas prosequi non possint; ex quo nendum majoribus, sed unicuique etiam cuiuscumque inferioris conditionis tribuitur in dies audacia appellandi, & dictum Cisterciensem Ordinem diversis litigiorum anfractibus, & expensis involvendi, non sine magno ipsius Cisterciensis Ordinis præjudicio, & detimento, & pernitoso exemplo, & scandalo plurimorum: & nisi provideatur, quod in dicto Ordine Cisterciensi sit vera unio, & obedientia debita Superioribus exhibetur, ac visitationes, & reformationes hujusmodi juxta Sanctorum Patrum Decreta, ac Privilegia Apostolica, & regularia dicti Cisterciensis Ordinis instituta, sublatiis quibusvis impedimentis, debitè fieri poscent, verisimiliter brevi de totali dicti Cisterciensis ruina, & desolatione est formidandum.

3 Nos igitur, qui dictum Ordinem Cisterciensem præ cæteris semper in visceribus gessimus, & gerimus charitatis, & illum nequum conservari, sed in melius dirigi, nostris potissimè temporibus, supremis desideramus affectibus, in præmissis de opportuno remedio, prout tenemur, providere volentes, aliorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, qui providè per dicti Ordinis Cisterciensis personas extra ipsum Ordinem Cisterciensem sub amissionis juris rei, super qua contenteretur, ac alij poenis tunc expressis, appellari non posse voluerunt, vestigijs inhærentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & deliberatione matura, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, hujus perpetuae, & irrefragabilis constitutionis edito, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, decernimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuri temporibus ab Abbe dicti Monasterij Cistercij pro tempore existenti, aut Visitatoribus per ipsum Abbatem, aut Capitulum Generale dicti Cisterciensis Ordinis pro tempore deputatis, & ab eorum reformationibus, correctionibus, privationibus, & depositiobus pro tempore factis, nullatenus extra dictum Cisterciensem Ordinem etiam

etiam ad Sedem prædictam, nisi à dicto Capitulo Generali, ac pro notoria, & manifesta injuria, & in eventu denegata justitia, secundum formam & tenorem privilegiorum, & statutorum ipsius Cisterciensis Ordinis liceat Abbatis, Abbatissis, Prioribus, Priorissis, Monachis, & alijs personis dicti Cisterciensis Ordinis: ac Commendatariis quibuscumque Monasteriorum, & locorum Cisterciensium Ordinis ejusdem quovis modo appellare. Decernentes appellationes per eos sic pro tempore etiam ad Sedem prædictam interpositas, frivolas, irritas, & inanes, ac eos amissionis juris, quod eis in Monasterijs, Prioratibus, & locis sic visitatis, vel ad illa quomodolibet competierit, poenam; & si Pontificali, vel alia superiori dignitate prædicti suspensionis à divinis; si verò alij ab eis inferiores fuerint, excommunicationis, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolví possint, sententiam, eo ipso incurrere.

4 Et nihilominus Venerabili fratri nostro Roderico Episcopo Portuensi moderno, & pro tempore existenti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellario; ac dilectis filijs Correctori, & de majori præsidentia Abbreviatoribus litterarum Apostolicarum Audientiæ, contradictriarum Procuratoribus, ceterisque Officialibus, tam Cancellariæ Apostolicæ, quam Cameræ, Secretarijisque nostris, ac omnibus, ad quos quoquomodo spectat, & spectare poterit quomodolibet in futurum: ne litteras alias, etiam in forma Brevis, sive commissionis super hujusmodi appellationibus, etiamsi supplicationes desuper per Nos, seu de mandato nostro, etiam motu & scientia similibus, & alijs per Sedem eandem signatae forent, etiam cum præsentis constitutio- nis speciali, specifica, & expressa derogatione expedire; ac Legatis, & Nuntijs nostris, & dictæ Sedis nunc & pro tempore existentibus; nec causas appellationum hujusmodi, etiam qua- rumcumque specialium facultatum eis pro tempore concessarum vigore com- mittere, & de illis se intromittere quo- quomodo præsumant, distictius inhibemus. Decernentes ex nunc irritum,

& inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate, etiam per Nos scien- ter, vel ignoranter contigerit attentari; ac præsentibus per quascumque litteras Apostolicas, etiam similibus motu, & scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore concessas, ac quascumque clausulas, etiam deroga- toriarum derogatorias, & in solitas in se continentes derogari non posse; nisi de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, de quo etiam clarè constet, fuerit specialiter, & expresse deroga- tum: & hujusmodi derogatio per trinas litteras nostras, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium Abatti Monasterij Cis- tereij, Visitatoribus, ac Capitulo Ge- nerali hujusmodi diversis temporibus successivè præsentatas fuerit priùs inti- mata: siveque per quoscumque Judices, & Commissarios etiam Causarum Palati- ij Apostolicæ Auditores, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quacumque instantia, sublata eis, & cuilibet eorum quavis etiam alia inter- pretandi facultate, sententiari, diffini- ri, & judicari debere.

5 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis alijs privilegijs, indulgen- tijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorū existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effec- tus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri; & de quibus quo- rumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ quoad præmissa nolumus cuique ullaenius suffragari: necnon omnibus illis, quæ in litteris privilegiorum hujusmodi concessa sunt non obstat, ceterisque contrarijs qui- buscumque. Verùm quia difficile fo- ret præsentes litteras ad singula quæ- que loca, in quibus expediens fuerit, deferre, volumus, & eadem auctorita- te decernimus, quod illarum transump- tis manu publici Notarij inde rogati subscriptis, & sigillo Abbatis Manaste- rij Cistercij, vel Visitatorum prædicto- rum, aut alterius Prelati, seu persona in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut

Curiæ Ecclesiastice munitis, ea prorsus in judicio, & extra, & alias ubilibet fides adhibeat, quæ praesentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

6 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum statuti, constitutionis, ordinationis, inhibitio-
nis, decreti, & voluntatis infringe-
re, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsum-
perit, indignationem Omnipotentis
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursu-
rum. Datum Romæ apud Sanctum Pe-
trum, anno Incarnationis Dominicæ
millesimo quadringentesimo octuagesimo
nono, tertio Kalendas Maij, Pon-
tificatus nostri anno quinto.

*Concordat prout est in authentico
transumpto.*

SCRIPTURA LXIII.

*Omnis persona Monasteria Cistercien-
sia in Commendam obtinentes (exceptis
Archiepiscopis, Episcopis, & certis No-
tarijs Sedis Apostolica) infra mensem
postquam fuerint requisiti, eadem Mo-
nasteria, & loca eis commendata in ma-
nibus Commissariorum ejusdem Ordinis
dimittere tenentur: Commendatarijs,
Archiepiscopis, & Episcopis inferioribus
habitum dicti Ordinis assumere, & pro-
fessionem Monasticam emittere volenti-
bus, predicti Commissarij eadem Mo-
nasteria in titulum conferre, ac
professionem eorundem con-
tinuare valent.*

April. 1 Innocentius Episcopus, servus
29.an. servorum Dei. Ad perpetuam
1489. rei memoriam.

2 Regimini universalis Ecclesiæ (quamvis immeriti) disponente Domi-
no presidentes, pro Monasteriorum &
aliorum Religiosorum locorum quo-
rumlibet, ac portionarum in illis sub
regulari observantia altissimo famu-
lantium, statu salubriter & prospero
dirigendo, prout ex debito Nobis in-
juncti Pastoralis tenuemur officij, solitæ
considerationis intuitum libenter ex-
tendimus, & ad ea, per quæ Monas-
teriorum, & locorum eorundem indem-

nitatibus, & votivæ reformationi, su-
blatis quibusvis impedimentis, consuli-
posse, interponimus solicitudinis nos-
træ partes, ac opportunæ provisionis
remedia favorabiliter adhibemus: pro-
ut rerum, & temporum qualitate pen-
sata, id in Domino conspicimus salu-
briter expediri. Sanè licet dudum per
diversa privilegia à diversis Romanis
Pontificibus prædecessoribus nostris Sa-
cro Cisterciensi Ordini, qui ad sui pri-
mæva institutione plurimum inter cæ-
teros Ordines observantiae regularis flo-
ruit, ac suos palmites in agro Militan-
tis Ecclesia per diversas mundi Natio-
nes, ob Religiosorum dicti Ordinis
doctrinam, vitæ sanctimoniam, ac bo-
nos, & exemplares mores longè latè-
que deseninavit, concessa, pro ipsius
Ordinis conservatione, & observantiae
regularis in illo incremento providè
statutum, & ordinatum fuerit: ne ali-
qua dicti Ordinis Monasteria, Priora-
tus, & loca alicui personæ, etiam cu-
juscumque dignitatis, status, gradus,
ordinis, præminentia, vel conditionis
foret, commendari possent; & de illis
etiam per Sedem Apostolicam factæ
Commenda nullius essent roboris, vel
momenti. Tamen à nonnullis tempori-
bus citra quamplura Monasteria, Prio-
ratus, atque loca dicti Ordinis per Nos,
& Sedem eandem commendata sive
reperiuntur, prout ad præsens in hu-
jusmodi Commendam per diversas per-
sonas Ecclesiasticas, tam Seculares,
quam Regulares Ordinum diversorum,
etiam Mendicantium retinentur: ex
quo in dictis Monasterijs, Prioratibus, &
locis sic commendatis, Divinus Cultus
plurimum diminuitur, & in pluribus
locis totaliter extinguitur, & cessat;
piæ Fundatorum intentiones defrau-
dantur; Monasteria ipsa, in quibus ser-
vorum Dei numerus juxta eorundem
Monasteriorum & locorum facultates
augeri solebat, debito Monachorum
numero destitura, & privata, aut ex
omni parte ad ruinam redacta sunt; &
eorum aliqua, expulsis (quod abomina-
bile existit) inde Monachis proprijs,
laicis conjugatis, & eorundem familijs,
& etiam animalibus replentur, & ad
profanos usus totaliter rediguntur: sanc-
torum Reliquiæ, Jocalia, Libri, & alia

qua

quæque pretiosa mobilia, & immobilia bona diversis medijs alienantur, iura perduntur, hospitalitatis, & elemosynarum, ac alia pia charitatis opera in ipso Ordine abunde fieri solita cessant, regularis observantia, quæ in illis antea summa puritate vigebat, omnino deficit, & pristina vivendi norma relictæ est. Et cum secundum Ordinem ipsius Monasteria Monialium dicti Ordinis quolibet anno per Patres Abbes immediatos dicti Cisterciensis Ordinis visitari, & corrigi per idoneos Religiosos in dicto Ordine professos, quoties opus est, in confessionibus, & alijs rebus spiritualibus, ac temporalibus juxta dictorum Patrum Abbatum ordinationem gubernari debeant; & ipsi Commendatarij nulla in Monasterijs Monialium hujusmodi habeant jurisdictionem, nec sint in eorum Monasterijs Monachi idonei ad præmissa peragenda, omnino necesse est Monasteria Monialium hujusmodi, ipsarumque Monialium conscientias gravissimas, & evidentibus continuè subesse periculis. Alia quoque innumerabilia præter nostram, & prædecessorum nostrorum mentem, & intentionem ex Commendis hujusmodi in ipso Sacro Ordine Cisterciensi oriuntur damna, incommoda, & detimenta, non sine Religionis opprobrio, & dicti Ordinis præjudicio, ac pernitioso exemplo, & scandalo plurimorum: & nisi provideatur verisimiliter brevi est formidandum de totali Monasteriorum, Prioratum, & locorum utriusque sexus prædictorum, ac dicti Ordinis, qui in Sancta Dei Ecclesia sicut stella fulget matutina, ruina, & desolatione.

3 Nos igitur attendentes uberes fructus, quos dictus Sacer Ordo hactenus in ipso agro Militantis Ecclesiae attulit, & propterea illius, quem præceteris semper in visceribus gessimus, & gerimus charitatis, conservationi, & augmentatione debitæ (ut tenemur) providere volentes, motu proprio, non ad aliquius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & deliberatione matura, ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, hujus per-

petuæ & irrefragabilis constitutionis edito, statuimus, & ordinamus: quod omnes, & singuli ad præsens Monasteria, Prioratus, & loca quæcumque dicti Ordinis in Commendam obtinentes, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, præminentia, & conditionis fuerint (nostris, & dictæ Sedis Notarijs habitum, & insignia tamen Notario-rum continuè deferentibus, ac Venerabilibus fratribus nostris Archiepisco-pis, & Episcopis, Ecclesiæ, seu Beneficia, quorum fructus, redditus, & proventus mille ducatorum auri de Camera secundum communem aestima-tionem valorem annum excedant, non obtinentibus duntaxat exceptis) infra mensem postquam per Commissarium, seu Commissarios dicti Ordinis per Ge-nerala Capitulum, aut per Abbatem Monasterij Cistercij Cabilonensis Dioce-sis (quod dicti Ordinis caput existit) deputatos fuerint requisiti, Commen-dis Monasteriorum, Prioratum, & locoru-m prædictorum, quæ respectivè in eadem Commendam obtinuerint, seu obtinent, in manibus eorundem Com-missariorum, aut alterius eorum liberè cedere, & illa realiter, & cum effectu absque quoruncumque bonorum illo-rum alienatione dimittere debeant, & teneantur. Et si inferiores ab Archiepiscopis, & Episcopis hujusmodi habi-tum dicti Ordinis assumere, ac profes-sionem regularem per Monachos illius emitti solitam, sponte emittere, ac obedientiam & reverentiam debitas, & devotas Capitulo Generali, & pro tem-pore existenti Abbat Monasterij Cister-cij hujusmodi exhibere, & ita impos-terum se facturos firmiter polliceri vo-luerint, de personis eorum postquam hujusmodi professionem emiserint, ad-missis per eos cessionibus hujusmodi, eisdem Monasterijs, sive locis quocum-que modo, quem etiam si ex illo quæ-vis generalis reservatio, etiam in cor-pore juris clausa resulhet, haberí vo-lumus pro expresso, vacaverint, ac cu-juscumque taxæ, seu annui valoris illo-rum fructus, redditus, & proventus exstant, per Commissarios prædictos, alias juxta dicti Ordinis instituta regu-laria, & privilegia Apostolica dicto Or-dini concessa, provideatur: ac Priora-

tus hujusmodi eis in titulum respective conferantur, absque eo quod ad alium quemcumque sit propterè ex quavis causa recurrendum: liceatque eis eorum continuare possessionem. Si verò habitum assumere, & professionem hujusmodi emittere noluerit, & spontè, ut præfertur, infra tempus prædictum Monasteria, Prioratus, & loca hujusmodi sic commendata non dimiserint, alijs personis idoneis dictum Ordinem expressè professis, & qui in dicto Ordine per annum integrum juxta dicti Ordinis privilegia probati fuerint, per eosdem Commissarios modo, & forma præmissis provideatur: & ipsis sic cedentibus, si spontè cesserint, ne propterè nimum dispendium pati videantur, pensiones annuae tertiae partis fructuum, reddituum, & proventuum Monasteriorum, Prioratum, aut locorum, quorum Commendis cesserint, per eos, de quorum personis illis providebuntur, vel quibus Prioratus, & loca hujusmodi conferentur, ac successores eorum pro tempore existentes, eis quoad vixerint, vel Procuratoribus suis ad id ab eis specialiter constitutis, sub poenitentijs, & censuris Ecclesiasticis in similibus apponi solitis, ac in locis, & terminis, de quibus eis cum præfatorum Commissariorum consensu videbitur persolvendæ, reserventur, constituantur, & assignentur, prout Nos ex nunc prout ex tunc, & è converso personis sic cedentibus reservamus, constituimus, & assignamus, ac reservatas, & assignatas fore decernimus, & declaramus. Ita tamen, ut illis cedentibus, vel decedentibus, pensiones ipsæ penitus extinetæ sint, & esse censeantur eo ipso. Si verò præfati Com mendatarij, aut eorum aliqui præmissa infra dictum tempus limitatum facere neglexerint, ut præfertur, ac etiam Archiepiscopi, Episcopi, & Notarij præfati successu temporis Ecclesiastis, vel alia Beneficia, quorum fructus, redditus, & proventus præmissum valorem mille florenorum, computatis etiam redditibus, qui eis remanerent, obtinuerint, Comendas hujusmodi ex tunc omnino cessare, ac Monasteria, Prioratus, & loca prædicta vacare decernimus eo ipso: liceatque ipsis

Commissarijs ordine, modo, & forma præmissis liberè providere, & de illis juxta dictorum privilegiorum formam & tenorem disponere; nulla pensione ipsis Com mendatarij, qui præmissa adimplere non curaverint, prorsus reservata. Super quibus omnibus, & singulis eisdem Commissarijs plenam, liberam, & omnimodam de eorundem fratrum consilio harum serie concedimus facultatem: etiam ad hoc, ut contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia, quacumque appellatio ne omnino remota, compellere, & si opus fuerit, auxilium brachij secularis contra eos invocare, omniaque alia & singula in præmissis, & circa ea necessaria quomodolibet, & opportuna facere, gerere, & exequi possint: statuentes insuper, & etiam ordinantes de simili consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, Monasteria, Prioratus, Beneficia, & loca dicti Ordinis cuicunque personæ, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiam per quascumque litteras, & dispensationes per Nos, & Sedem prædictam, vel Legatorum ejusdem, etiam cum motus proprij, & certæ scientiæ, & quibusvis alijs efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam derogatori arum derogatorijs, & præsentibus expressè derogantibus hactenùs, & pro tempore etiam consideratione Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum quorumcumque, & ad eorum supplicationis instantiam, ac de Apostolicae potestatis plenitudine hujusmodi concessas, commendari non possint: Quodque Religiosi dicti Ordinis litteris prædictis, etiamsi quascumque sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas in se continerent, parere non teneantur: possintque Conventus Monasteriorum, locorum, & Prioratum hujusmodi, Com mendis prædictis non obstantibus, ad electiones, ac Patres Abbates, seu dicti Ordinis Com missarij ad confirmationes liberè procedere; alijs tamen juxta dicti Ordinis regularia instituta, laudabiles consuetudines, & privilegia Apostolica illi concessa, quæ quoad præmissa illorum te-

tenores , ac si de verbo ad verbum infererentur , præsentibus pro sufficien-
ter expressis , & insertis habentes , in-
novamus , & de novo concedimus : ac
illa perpetuò inviolabiliter in omnibus
& per omnia observari volumus , &
mandamus .

4. Et insuper quia sicut non absque displicentia accepimus , quam plures Abbates , & Priors dicti Ordinis dis-
coli , videntes Visitatores dicti Ordinis
eos corrigere , & ut ab eorum vitijs , &
erroribus emendentur , adverfus ipsos
procedere velle , cumulatis ex fructi-
bus , redditibus , & proventibus Mo-
nafteriorum , & Prioratum eorundem
non in parva quantitate pecunijs , ce-
dunt regiminibus dictorum Monaste-
riorum , ipsosque Prioratus resignant ,
etiam ex causa permutationis , & re-
tentia aliqua super illorum fructibus ,
redditibus , & proventibus annua pen-
sione , in favorem personarum dicto
Ordini minus utilium , quorum præsi-
dio eorum vitia , & pravos mores con-
tinuare possint : etiam ad alios Ordi-
nes transeuntes , non sine maximo Mo-
nafteriorum , & Prioratum prædicto-
rum præjudicio , & detimento : etiam
motu , & scientia similibus , ac potesta-
tis plenitudine statuimus , & ordina-
mus , quod deinceps nullus Abbas , seu
Prior dicti Ordinis , seu quodcumque
Officium , aut Administrationem , seu
aliud Beneficium in dicto Ordine obti-
tinens , cedere , aut resignare etiam in
manibus nostris , aut Romani Pontificis
pro tempore existentis possit , nisi de
expressa licentia , ac voluntate , & con-
fensi Abbatis Monasterij Cistercij pro
tempore existentis , aut Capituli Gene-
ralis hujusmodi , de qua priùs constare
debeat . Et nihilominus aliter factæ ces-
siones , seu resignationes in sic ceden-
tium , vel resignantium pœnam teneant ;
possitque Monasterijs , & personis ido-
neis provideri ; ac Prioratus , Beneficia ,
Administrationes , & Officia hujusmo-
di liberè conferri , alias juxta statuta , &
privilegia Ordinis ejusdem : decernen-
tes irritum , & inane , si secūs super his
à quoquam , quavis auctoritate scien-
ter , vel ignoranter contigerit attenta-
ri : ac præsentibus per quascumque lit-
teras Apostolicas , etiam motu & scien-

tia similibus , ac de Apostolicæ potesta-
tis plenitudine pro tempore concessas ,
ac quascumque clausulas etiam deroga-
tiorum derogatorias , & insolitas in se
continentes derogari non posse ,
nisi de Venerabilium fratrum nostro-
rum Sanctæ Roinanæ Ecclesiæ Cardina-
lium consilio , de quo etiam clare con-
stet , fuerit specialiter , & expressè de-
rogatum : & hujusmodi derogatio per
trinas litteras nostras , aut Romanorum
Pontificum successorum nostrorum ca-
nonicè intrantium Abbatii Monasterij
Cistercij , aut Capitulo Generali hujus-
modi diversis temporibus successivè
præsentatas , fuerit priùs intimatum .
Sicque per quoscumque Judices , &
Commissarios , etiam Causarum Palatij
Apostolici Auditores , ac ejusdem Sanc-
tæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in qua-
cumque instantia , sublata eis , & cuili-
bet eorum quavis alia interpretandi fa-
cilitate , sententiari , diffiniri , & judi-
cari debere .

5. Non obstantibus præmissis , ac fe-
licis recordationis Bonifacij Papæ VIII.
prædecessoris nostri de una , & de dua-
bus diætis in Concilio Generali , ac alijs
Constitutionibus , & Ordinationibus
Apostolicis , necnon omnibus illis , quæ
in litteris privilegiorum prædictorum
concessa sunt non obstaré , cæterisque
contrarijs quibuscumque : Aut si Com-
mendatarijs præfatis , vel quibusvis alijs
communiter , vel divisim ab eadem sit
Sede indultum , quod interdici , suspen-
di , vel excommunicari , aut extra , vel
ultra certa loca ad judicium evocari
non possint per litteras Apostolicas
non facientes plenam , & expressam , ac
de verbo ad verbum de indulto hujus-
modi mentionem : & quibuslibet alijs
privilegijs , indulgentijs , & litteris A-
postolicis generalibus vel specialibus ,
quorumcumque tenorum existant , per
quæ præsentibus non expressa , vel to-
taliter non inserta effectus earum im-
pediri valeat quomodolibet , vel differi :
& de quibus quorumque totis te-
noribus de verbo ad verbum habenda
sit in nostris litteris mentio specialis ,
quæ quoad hoc nolumus cuique ulla-
tenus suffragari .

6. Volumus autem , quod illi , qui-
bus de Prioratibus , & alijs Beneficijs

hujusmodi , aut de quarum personis eisdem Monasterijs vigore praesentium providebitur , infra sex menses à die adeptæ pacifica possessionis illorum computandos , novam provisionem impetrare , & litteras desuper expedire , ac annatam , & omnia jura respective Cameræ Apostolicæ , & alijs debita persolvere teneantur : alioquin Monasteria , Prioratus , & Beneficia prædicta vacare censeantur eo ipso , semestri cursu prædicto . Verum quia difficile foret praesentes litteras ad singula quæque loca , in quibus expediens fuerit , deferre , volumus , & pafata auctoritate decernimus , quod illarum transsumptis manu publici Notarij inde rogati subscriptis , & sigillo prædicti Cistercij , aut aliorum Monasteriorum dicti Ordinis Abbatum , sive Commissariorum prædictorum , aut alterius Praelati , seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ , vel Curiae Ecclesiastica munitis , ea prorsus fides in judicio , & alias ubilibet adhibeat , quæ praesentibus adhiberetur , si essent exhibitæ vel ostensæ .

7 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum statuti , ordinationis , reservationis , constitutionis , assignationis , decreti , declarationis , concessionis , innovationis , mandati , & voluntatis infringere , vel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo nono , tertio Kalendas Maij , Pontificatus nostri anno quinto .

Concordat prout est in authentico transumplo .



SCRIPTURA LXIV.

Ne Monasteria , loca , & personæ Ordinis Cisterciensis per alios , quam per Abbates , seu Commissarios per Capitulum Generale deputandos , visitentur .

1 **I**Nnocentius Episcopus , servus Aug. servorum Dei . Venerabili fratri 13.an. Episcopo Cabilonensi , salutem , & Apostolicam benedictionem .

2 Fidedignorum relatione accepi-
mus , quod licet Monasteria , & alia Religiosa loca Cisterciensis Ordinis , tam virorum , quam mulierum , illo-
rumque persona dudum Sedi Apostoli-
cae per diversos Romanos Pontifices
prædecessores nostros subjecta , illisque ,
& Ordini prædicto diversa privilegia ,
& immunitates providè per Sedem
prædictam concessa fuerint , ac Patres
Abbates , aut Commissarij à Generali
Capitulo dicti Ordinis , seu Abbatे Cis-
tercij Cabilonensis Diccesis pro tem-
pore existente pro tempore deputati ,
certis temporibus Monasteria , & loca
hujusmodi juxta eorum regularia insti-
tuta haecne laudabiliter observata ,
visitare consueverint ; tamen nonnulli
Archiepiscopi , Episcopi , & alij sa-
culares Praelati afferentes , se ad id à
Nobis , & Sede prædicta specialem
per nostras , & ejusdem Sedis litteras ,
etiam cum derogatione privilegiorum ,
exemptionum , ac immunitatum hujus-
modi habere facultatem , Monasteria ,
loca , & personas hujusmodi in dies vi-
sitare velle , ac jura visitationum ordi-
naria ; necnon charitativa subsidia pe-
tere , & exigere conantur , in non modi-
cum Ordinis , & personarum prædicto-
rum præjudicium , & detrimentum , &
eis concessorum privilegiorum læsi-
onem .

3 Nos igitur , qui Ordinem pafat-
um , illiusque personas propter uber-
es fructus , quos continuè in agro Mi-
litantis Ecclesiæ afferunt , præ ceteris
in visceribus gerimus charitatis , Nobis
persuadentes , quod Monasteria , & lo-
ca , ac personæ dicti Ordinis alia visita-
tione non indigent , quam illa , quæ per
eorum Patres Abbates , seu Commissa-
rios , ac alios per suos Superiores ad id
pro

pro tempore deputatos fieri consuevit: qui optimè de his, quæ pro visitatione Monasteriorum, locorum, & personarum prædictorum necessaria existunt, instructi habentur; & propterea non intendentes, quod per alios, quam præfatos, & aliás juxta dicti Ordinis regularia instituta visitentur, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, omnes, & singulas litteras à Nobis hactenùs quovis modo, etiam motu, & scientia similibus concessas, super visitationibus Monasteriorum, & locorum prædictorum per alios, quam dictos Præsidentes, ac alios prædictos, & juxta eorundem Ordinum regularia instituta, ac generalia, vel specialia privilegia faciendis, quascumque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias, ac privilegijs prædictis omnino derogantes in se continentes, motu, & scientia similibus revocamus, cassamus, annullamus, ac viribus omnino vacuamus: dictumque Ordinem in suum pristinum, & eum statum, in quo, antea quam illæ emanarent, quomodolibet existebat, restitui-
mus, reponimus, & plenariè reintegramus. Statuentes, & decernentes paribus motu & scientia, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Monasteria, & loca prædicta, prætextu quarumcumque aliarum litterarum Apostolicarum per Nos, & Sedem prædictam imposterūm, etiam motu & scientia similibus, & ex quibuscumque causis, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs efficacissimis, & insolitis, etiam præsentibus expressè derogantibus: & etiam si illæ eis de verbo ad verbum insertæ forent imposterūm, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, Principum, & aliarum personarum quarumcumque, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis concedendarum visitari non possint: districtiūs in virtute sanctæ obedientiæ, & sub censuris Ecclesiasticis inhibentes quibuscumque Visitatoribus suprà nominatis (exceptis hactenùs, & pro tempore deputatis) etiam si Patriarcha-

li, Archiepiscopali, Episcopali, aut quavis alia Ecclesiastica dignitate fulgerent, ne prætextu quarumcumque facultatum, & commissionum in genere, vel in specie visitandi eis concessarum, & factarum se de Monasterijs, locis, personis, & Ordine prædictis intronittere quomodolibet præsumant. Ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca fraternitati tuæ, ac quibuscumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum Ecclesiarum Canonicis, ac in dignitate Ecclesiastica constitutis personis, quos, seu quas Abbates, Piores, & aliæ personæ locorum, & Monasteriorum prædictorum pro tempore existentes, & quilibet ipsorum duxerint requirendos, motu & scientia similibus mandamus, quatenùs ipsi, vel duo, aut plures, seu unus eorum per se, vel alium, seu alios ipsis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittant Monasteria, & loca prædicta, illorumque personas quomodolibet aliás quam, ut præmittitur, quomodolibet visitari, seu ab illis quæcumque etiam charitativa subsidia exigi, aut occasione alicujus visitationis, vel aliás contra præsentium tenorem molestari. Molestatores, necnon contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia cum illarum aggravatione, quoties opus fuerit, appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc etiam, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

4 Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam à fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur; seu ne Judices à Sede deputati prædicta extra Civitatem, vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant: & de duabus diætis in Concilio Generali edita, ac alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, contrarijs quibuscumque: Aut si aliquibus communiter, vel di-

divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: & quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri: & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ quoad præmissa nolumus eis ullatenus suffragari.

5 Verùm quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus expediens fuerit, deferre, volumus, quod illarum transumptis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo Prælatorum dicti Ordinis, vel alicuius eorum, aut alterius in Ecclesiastica dignitate constitutæ personæ, seu cujusvis Curiæ Ecclesiastice munitis, ea prorsùs in judicio, & extra, & aliàs ubilibet fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo octuagesimo nono, Idibus Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Concordat prout est in authentico transumpto.

SCRIPTURA LXV.

Conceditur Ordini Cisterciensi, ut unum, aut duo Altaria inviendo, Indulgencias Romæ Stationibus concessas percipient, & fruantur ejus Ordinis Religiosi.

Mart. I Mart. I EO Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

4. an. 2 Sacrae Religionis puritas, vitæ sanctimonia, fervor devotionis, ac in Dominici agricultura labor assiduus, quibus utriusque sexus Religiosæ personæ Cisterciensis Ordinis ad supernum brabium apprehendendum, ac præ cæteris fidelibus impetrandum totis viri-

bus insudare non cessant, Nos admonet ad ea personis eisdem concedenda, per quæ spiritualis salutis eis proveniat incrementum. Cupientes igitur utriusque sexus Religiosorum Ordinis antedicti, & aliarum personarum animarum saluti consulere, quod omnes, & singulæ utriusque sexus dicti Ordinis Religiosæ, & aliæ in Grangis, & Dominibus Ordinis hujusmodi degentes, aut pro ipsis Ordinis negotijs ubicumque destinatae personæ, singulis Quadragesimalibus, & alijs anni diebus & temporibus, quibus Stationes in Ecclesijs Urbis, & extra eam consistentibus celebrantur, ante unum, duo, vel tria Altaria Ecclesiarum, Monasteriorum, seu Prioratum dicti Ordinis, sive aliorum locorum, in quibus Religiosæ, & aliæ personæ hujusmodi morari, sive ad quæ eas declinare contingerit, aliqua pia suffragia juxta eorum devotionem devotè recitando, tot, & similes Indulgencias, & peccatorum remissionem consequantur, quas consequentur, & consequi possent, si singulis diebus eisdem singulas dictæ Urbis, & extra eam existentes Ecclesiæ pro consequendis Indulgencijs Stationum hujusmodi deputatas, & à Christifidelibus visitare solitas personaliter visitarent: & alia ficerent, quæ pro consequendis Indulgencijs eisdem requiruntur, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Ac præsentes sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, & derogationibus similium, vel dissimilium gratiarum, & dispositionum, quæ etiam à Nobis, & Sede præfata, etiam in favorem Basiliæ Principis Apostolorum de Urbe, aut Sancta Crucis, seu aliàs quomodolibet emanabunt minimè comprehensas fore, nec comprehendi debere decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

3 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, ac decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Ro-

Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo , quinto decimo Kalendas Februarij , Pontificatus nostri anno octavo .

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA LXVI.

Omnia Privilegia Cisterciensibus in genere concessa , & concedenda, Militiae de Alcantara concedit. Indulget specialiter uti , potiri , & gaudere posse Privilegijs Honorij III. Martini V. Sixti IV. & Innocentij VIII.

Junij 1 EO Episcopus , servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

2 In Apostolicæ dignitatis specula, licet immeriti , disponente Domino constituti , sub regularibus institutis studio piæ vitæ vacantibus , simulque pro fidei Catholicæ defensione militantibus personis , Apostolici favoris præsidium libenter impendimus : ac in his, quæ solidationem status , & profectum, ac tranquillitatem earundem respiciunt , Nos eis favorabiles & gratiosos exhibemus , prout etiam Catholicorum Regum vota exposcunt , & id conspicimus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem postquam felicis recordationis Honorijs III. ut nullus ab Abbatte Monasterij Cisterciensis Cabillonensis Dioecesis , ejusque Co-Abbatis , & Prioribus , ac Abbatissis , & alijs personis Cisterciensis Ordinis , de terris suis ante Generale Concilium acquisitis , etiam de illis , quas alijs concesserant excolendas , & ad eos redierant , si eas manibus proprijs aut sumptibus colerent , Decimas exigere , aut extorquere præsumeret , inter alias per quasdam inhibuerat. Et Martinus V. Romanus Pontifex prædecessor noster , Archiepiscopis , Episcopis , Abbatibus , Prioribus , Decanis , Archidiaconis , Præpositis , & alijs Ecclesiarum Prælatis , ad quos sua super hoc confectæ litteræ pervenirent , expresse mandaverat , ut Cistercienses , ac alijs Abbates , Piores , & Abbatissas , ac omnia & singula Monasteria , necnon singulas personas dicti Ordinis , tunc præsentia & futura , ubicumque pro

tempore existentia , à præstatione Decimorum , tam de possessionibus habitis ante , & post Concilium antedictum , quam ex tunc de cætero habendis : & tam de novalibus , sive ante , sive post hujusmodi Concilium acquisitis , & acquirendis , quæ proprijs sumptibus colebant , & colerent , quam alias quodocumque , & qualitercumque excolerentur ; necnon de hortis , virgultis , & pisationibus suis , ac de suorum animalium nutrimentis , singuli ipsorum omnino servarentur immunes. Piæ memoriae Sixtus Papa IV. etiam prædecessor noster , litteras , tam Honorijs , quam Martini prædecessorum hujusmodi rataς & gratas habens , illas cum omnibus in eis contentis clausulis , per alias suas litteras confirmavit , & approbavit , ac juxta omnimas earum continentias , & formas in sui roboris firmate perpetuo subsistere decrevit : & nihilominus Cistercienses , ac omnes & singulos alios Abbates , Piores , Abbatissas , necnon omnia , & singula Monasteria , tunc præsentia & futura , ubilibet existentia , singularesque personas Ordinis hujusmodi , à præstatione Decimorum , tam de possessionibus habitis ante , & post Concilium prædictum , quam ex tunc de cætero habendis ; & tam de novalibus , sive ante , sive post Concilium hujusmodi acquisitis , & acquirendis , quæ proprijs sumptibus excolebant , & excolerent , quam alias quodocumque , & qualitercumque excolerentur ; & etiam de illis possessionibus , de quibus aliquis eatenim Decimas perceperat ; necnon de hortis , virgultis , pisationibus suis , & de nutrimentis ipsorum animalium auctoritate prædicta penitus exemit , & exempta fore perpetuo decrevit. Et deinde recolendæ memoriae Innocentio Papæ VIII. similiter prædecessori nostro , pro parte tunc Cisterciensis , & aliorum Monasteriorum Ordinis hujusmodi Abbatum , ac dilectorum filiorum Conventuum eorundem exposito , quod licet ipsi , eorumque , ac dicti Ordinis Monasteria , tam virorum , quam mulierum , & alia Religiosa loca , & membra , ac Monachi , Moniales , Vassalli , Subditi , & eis Servientes , bonaque omnia jam dudum per plures Romanos

Pon.

Pontifices nostros, tunc ipsius Innocentij prædecessores, sub ipsorum Pontificum, & Apostolice Sedi protectione recepti & recepta, ac eidem Sedi immediate subjecti & subjecta, necnon ab omni jurisdictione ordinaria exempti & exempta forent: eisque concessum esset, ut ad præstationem aliquarum Collectarum, seu Subsidiorum, aut Procurationum, & aliarum exactionum per Sedem prædictam, seu ejus Legatos, aut ipsorum auctoritate, & mandato, seu per locorum Ordinarios, vel alias pro tempore impositorum non tenebantur. Tamen ipsi desiderabant pro majori eorum quiete, receptioni, subjectioni, & alijs præmissis robur suæ approbationis adjici, illaque omnia per eundem Innocentium prædecessorem de novo concedi. Idem Innocentius prædecessor Abbatum, & Conventuum prædicatorum in ea parte supplicationibus inclinatus, receptionem, subjectionem, & exemptionem prædictas, ac singulas desuper confectas litteras, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica, ex certa scientia, per suas litteras approbavit, ac perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur obtinere decrevit. Et nihilominus pro potiori cautela Monasteria, loca, membra, & bona omnia hujusmodi, tunc præsentia & futura, Abbates, Abbatissas, Monachos, Moniales, Vassallos, Subditos, & Servientes præfatos, tunc & pro tempore existentes, auctoritate & scientia similibus sub Beati Petri, & sua protectione suscepit, & ab omni jurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Judicium Ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium quorumcumque, necnon à solutione Subsidiorum, etiam charitatiorum, Procurationum, Collectarum, & aliarum exactionum hujusmodi pro tempore imponendorum perpetuò prorsus exemit, & totally liberavit, ac eidem Innocentio prædecessori, & Sedi immediate subjecit. Ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Judices Ordinarij, Vicarij, & Officialies præfati, etiam ratione delicti, aut contractus, vel rei de qua ageretur,

ubicumque committeretur delictum, inieretur contractus, aut res ipsa consistet, nullam in eos, aut eorum aliquem, seu Monasteria, loca, membra, & bona prædicta, tamquam prorsus exemptos & exempta, jurisdictionem, correctionem, superioritatem, dominium, vel potestatem exercere, aut excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, seu quavis alias sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas promulgare præsumerent, aut possent, vel deberent quoquomodo: nec ipsi sic exempti, coram illis, aut ejusdein Sedis Delegatis, vel Subdelegatis, nisi in litteris eis pro tempore directis de Innocentij prædecessoris litteris hujusmodi specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fieret, ad judicium evocari, aut quovis modo directè, vel indirectè molestari possent, vel deberent. Decernens omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & poenas, quos, & quas per Archiepiscopos, Episcopos, Judices Ordinarios, Vicarios, & Officialies prædictos, seu eorum aliquem contra Abbes, & alios exemptos, ac Monasteria, & loca hujusmodi, etiam exempta, ut præfertur, haberi, & promulgari; necnon quidquid secùs super his ab eis, vel alio quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irrita, & inania, nulliusque roboris vel momenti, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.

3. Cùm autem sicut charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum Rex, in Imperatorem electus Illustris, qui etiam Castellæ, & Legionis Rex, ac Militiæ de Alcantara dicti Ordinis perpetuus Administrator per Sedem prædictam deputatus existit, tam suo, quam filiorum dilectorum universorum Priorum, Praeceptorum, Comendatariorum nuncupatorum, Militum, fratum, & aliarum personarum dictæ Militiæ nominibus, Nobis nuper exponi fecit, licet Magister pro tempore existens, ac omnes & singuli Priors, Praeceptores, Milites, & fratres Militiæ hujusmodi, ejusdem Ordinis professores existant, & sub eadem regula militent & vivant, nihilominus quia in litteris

litteris Honorij, Martini, Sixti, & Innocentij prædecessorum hujusmodi, de dicta Militia, & illius personis, Monasterijs, Domibus, Præceptorij, alijs Commendarij nuncupatis, & locis, specialis mentio facta non extitit, à nonnullis afferitur, Magistrum seu Administratorem pro tempore existentem, Piores, Præceptores, Milites, fratres, & personas, necnon Monasteria, Domus, & loca Militiæ hujusmodi inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & Decretis prædictis, ac alijs Privilegijs, necnon Indulgencijs etiam spiritualibus, ac peccatorum remissionibus eidem Ordini, ac illius Abbatibus, Monachis, & personis, necnon virorum, & mulierum Monasterijs, Prioratibus, & locis per Sedem prædictam concessis, uti, potiri, & gaudere non posse: præfatus Carolus Rex, & Administrator dictis nominibus Nobis humiliter supplicari fecit, ut Magistro seu Administratori, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, & alijs personis pro tempore existentibus Militiæ hujusmodi, cuius etiam claræ memoriae Ferdinandus Aragonum, & Siciliæ Rex, ad cujus supplicationem nonnulla desuper concedi, concesseramus, dum viveret, perpetuus Administrator per Sedem eandem deputatus existebat, eorumque Vassallis, & Servitoribus, ac Monasterijs, Domibus, & alijs locis, quod hujusmodi inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & Decretis, ac alijs Privilegijs, Immunitatibus, Concessiobus, Gratijs, & Indultis, ac Indulgencijs, & peccatorum remissionibus Ordini, ac illius Abbatibus, Prioribus, Monachis, & personis, necnon Monasterijs, Prioratibus, & locis prædictis, ac eorum Ecclesijs concessis, gaudere possint, perpetuò concedere, ac alijs in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4. Nos igitur, qui Religiosarum personarum quarumlibet, præsertim sub regularibus Militijs pro defensione Christianæ fidei insudantium, felici successui, indemnitati, & quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, Piores, Præceptores, Milites, fratres, & personas præfatas, ac eorum

singulos à quibusvis excommunicatio-
nis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat conse-
quendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, husmodi sup-
plicationibus inclinati, eisdem Magis-
tro seu Administratori pro tempore existenti, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, & alijs personis dictæ Militiæ, illorumque Vassallis, & Servitoribus, etiam pro tempore existentibus, ac ejusdem Militiæ virorum, & mulierum Monasterijs, Domibus, & locis alijs, eorumque ac in districtu, & dominio ipsius Militiæ consistentibus Ecclesijs, præsentibus & futuris, ut de cætero, perpetuis futuris temporibus, inhibitione, mandato, suscep-
tione, exemptione, liberatione, subjec-
tione, & decretis, ac litteris prædictis, ac alijs in eisdem litteris contentis, nec-
non omnibus, & singulis Privilegijs, Concessionibus, Immunitatibus, Gra-
tijs, & Indultis, ac Indulgencijs etiam spiritualibus, ac temporalibus, ac pec-
catorum remissionibus dicto Ordini, illiusque Abbatibus, Prioribus, Monachis, & personis, necnon virorum, & mulierum Monasterijs, Prioratibus, & locis, ac illorum Ecclesijs per Sedem prædictam, & alijs quomodolibet in genere concessis haçtenus, & imposte-
rūm similiter in genere concedendis: perindè ac si eidem Militiæ, ac illius Magistro seu Administratori, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, & alijs personis, ac eorum Vassallis, & Servitoribus; necnon Monasterijs, Domibus, & locis, eorumque ac in ipsius Militiæ districtu, seu dominio consistentibus Ecclesijs hujusmodi spe-
cialiter indulta, & concessa fuissent, uti, potiri, & gaudere liberè, & licite valeant.

5. Necnon omnibus utriusque se-
xus Christifidelibus, qui Monasteri-
orum ejusdem Militiæ, præsentium &
futurorum, ac in ipsius districtu, & do-
minio pro tempore existentes Eccle-
sias devotè visitaverint, ac pro manu-
tentione Monasteriorum, & Ecclesias

sum hujusmodi mantis adjutrices portexerint, & alia in litteris Indulgientiarum Cisterciensis Ordinis concessis & concedendis hujusmodi contenta, juxta illarum tenorem adimpleverint, ut illas Indulgencias, & peccatorum remissiones, quas consequuntur visitantes Ecclesias Monasteriorum, & aliorum locorum Cisterciensis Ordinis hujusmodi, pro quibus Indulgientiae, & peccatorum remissiones praedictae concessae reperiuntur, & concedentur, ut praefertur, consequantur auctoritate Apostolica tenore praesentium de speciali gratia concedimus, & pariter indulgemus. Decernentes irritum, & inane quidquid secus super praemissis, aut eorum aliquo contra Magistrum seu Administratorem, Piores, Praeceptores, Milites, fratres, personas, Vassallos, Servitores, ac Monasteria, Domos, & loca; neconon privilegia, concessiones, & indulta praedicta, & in eis, vel eorum aliquo contenta à quoquam, quavis auctoritate fungente, seu functuro, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, neconon Ordinis, & Militiae praedictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac quibusvis alijs privilegijs, ac indultis Apostolicis, Ordini Cisterciensi hujusmodi, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, & insolitis, etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusque & alijs decretis, etiam iteratis vicibus concessis, & confirmatis: quibus, quatenus obstant, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa mentione habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus. Neconon omnibus illis, quæ dicti Honorius, Martinus, Sixtus, & Inno-

centius prædecessores in præfatis eorum litteris voluerunt non obstatre, ac quacumque consuetudine in contrarium introducta, ceterisque contrarijs quibuscumque. Ceterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, tibi necesse fuerit, deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illartim transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus Praelati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curia Ecclesiastice munitis, eadem prorsus fides ubique in judicio, & extra adhibetur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibetæ, vel ostensæ.

7 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo primo, decimo octavo Kalendas Julij, Pontificatus nostri anno nono.

Concordat cum Originali.

SCRIPTURA LXVII.

Privilegia Ordinis Cisterciensis per praesens Decretum confirmantur.

1 PIUS Episcopus, servus servi Sept. rum Dei. Ad perpetuam rei 26.an. memoriam.

2 In eminenti dignitatibus Apostolicæ specula, meritis licet imparibus, divina dispositione vocati, ad ea libenter intendimus, per quæ singulis Religionum Ordines abusibus & incommodeis, quæ in eos tractu temporis diversimodè irrepserunt eliminatis, non solum suis antiquis prærogativis, & dignitatibus restituantur, sed & regularia eorum instituta ad Divinæ Majestatis laudem & gloriam imposteriorum stabiliantur, & ut id votivè succedat, his, quæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros prudenter concessa, ordinata-

que

que fuerunt, ut firma perpetuo & illibata persistant, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ roboris firmitatem adjicimus; illaque nonnunquam innovamus, & ampliamus, & alijs super his disponimus, prout personarum, temporumque conditione pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Ludovici Abbatis Monasterij Cisterci Cabilonensis Dioecesis petitio continebat, quod licet Ordo Cisterciensis in summa puritatis, & devotionis persecutionum per multa retroactorum annorum secula, ac tandem exemplari Religiosorum suorum vita, atque sanctimonia, non solum in Regno Francie, ubi supremum ejus caput, videlicet, Cisterci prædictum cum alijs illius quatuor præcipuis, nempè: Firmatatis, Montis gaudij, Claravalis, & Morimundi Cabilonensis prædictæ, ac Antisiodorensis, & Lingonensis Dioecesis respectivè Monasterijs, quæ filiæ Cisterci nuncupantur, sed etiam per alia ferè universa Christiani Orbis climaata cum bonæ famae, & virtutum odo-re, eximioque Religionis decore ad ædificationem Militantis Ecclesie quan-diu juxta Sanctorum Patrum institutio-nes, & regularia illius instituta præ-diictis, alijsque Monasterijs de Monachorum dicti Ordinis personis provi-sum, ejusque laudabilia statuta, ritus, consuetudines, & privilegia firmiter ob-servata fuerunt, Domino cooperante floruerit; nihilominus à pluribus annis citra, passim postquam pleraque Monasteriorum, ac Prioratum suo-rum, alijsque dicti Ordinis personis commendari, & à Superiorum obedien-tia per exemptionem unionum, aliaf-que diversas vias, tanquam membra à suo corpore evelli, abstrahi, & dis-membrari coeperunt, specioso illo re-gularis disciplinæ candore paulatim offuscato, universus Ordinis status in miserabilem dispersionem, & desolatio-nem prolapsus est. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, tantis hu-jus olim Deo, mortalibusque gratae Religionis incommodis, aliter quam per antiquorum statutorum, consuetu-dinum, rituum, & privilegiorum præ-dictorum undique convulsorum, & di-

versimodè oppressorum, restitutionem mederi non posse videatur. Pro parte ejusdem Ludovici Abbatis afferentis, se Romam his periculosis temporibus opis super hoc à Nobis implorandæ gratia personaliter accessisse, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus afflictis ejusdem Ordinis rebus succur-rere ab ipsius Ordinis Superioribus per ejus personas, aliaque privilegia con-tra illum per quosvis ab Apostolica Sede obtenta moderari, ac prædictis statutis, consuetudinibus, juribus & privilegijs pro illorum firmiori subsist-entia robur Apostolica confirmationis adjicere, illaque innovare, ac alijs in præmissis opportunè providere de be-nignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui Ordinis prædicti Nobis, & dictæ Sedi in primis devotè decoris & integritatis, suique pristini candoris restitutionem sincero deside-ramus affectu, ipsum Ludovicum Ab-batem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ec-clesiasticis sententijs, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occa-sione vel causa latis, si quibus quomo-dolibet innodatus existat, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes; necnon omnium & singu-lorum infrascriptorum immunita-tum, libertatum, exemptionum, in-dulgentiarum, & plenariarum, conser-vatoriarum, facultatum, ordinationum, statutorum, privilegiorum, indulto-rum, & aliarum gratiarum, ac littera-rum desuper expeditarum tenores præ-sentibus pro sufficienter expressis ha-bentes, hujusmodi supplicationibus in-clinati, omnes, & singulas ab Abbe Monasterij Cisterci, alijsque Superio-ribus, & Capitulo Generali Ordinis hu-jusmodi, ejusque Deputatis, immuni-tates, libertates, & exemptiones qui-busvis, tam Virorum, quam Sanctæ Ca-tharinæ, Cajetani, & Sanctæ Mariæ de Celestia nuncupati Venetiarum, alijsque Monialium Monasterijs, ac Prioratibus, & alijs regularibus locis dicti Ordinis; ac dilectis filijs Abbatibus, & Prioribus, dilectisque in Chris-to filiabus Abbatissis, & Priorissis, nec-non Conventibus, Capitulis, & perso-

nis eorundem, tam in Gallia, Italia, Hispania, Portugallia, Germania, Anglia, & Scoccia, quam alibi ubilibet consistentium; itaque immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus hujusmodi non obstantibus, pro tempore existentes Abbas Generalis nuncupatus, & alijs Superiores dicti Ordinis, eorumque Vicarij, juxta ipsius Ordinis instituta, Monasteria, Prioratus, & loca prædicta, & illarum personas, tam in capitibus, quam in membris visitare liberè & licite valeant: ac quæcumque privilegia, & indulta Apostolica visitandi Monasteria, tam virorum, quam mulierum Ordinis hujusmodi, quibuscumque Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs alijs locorum Ordinis Abbatibus, alijsque generalis Cisterciensis, ac alijs quatuor primis nuncupatis quatuor Monasteriorum filias Cistercienses nuncupatas, prædictis Abbatibus, ceterisque Superioribus ejusdem Ordinis ad id ab ipso Generali Capitulo deputatis personis, cujuscumque status, gradus, ordinis, & præminentiae existentia, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, & ad quorumvis etiam Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, vel etiam motu proprio, & ex certa scientia, & consistorialiter, & cum causæ cognitione sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibus, & alijs decretis, haec tenus quomodolibet concessa, ac & iteratis vicibus approbata; ac Apostolicas, & alias litteras desuper confectas, & inde secuta quæcumque, ad hoc duntaxat, ut Abbatii Generali, & alijs Superioribus Ordinis, eorumque Vicariis Monasteria hujusmodi, ut suprà dictum est, visitare liceat, auctoritate Apostolica tenore præsentium moderamus, & limitamus. Inhibentibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Superioribus, Prælatis videlicet, sub interdicti ingressus Ecclesiæ, ac suspensionis à divinis; Abbatibus verò, & alijs inferioribus prædictis, ceterisque quibuscumque personis sub excommunicationis

latæ sententia pœnis, ne Abbatem Generalem, & alios Superiores Ordinis, eorumque Vicarios præfatos, quomodo visitationes juxta regularia Ordinis instituta hujusmodi libere facere possint per se, vel interpositas personas directè vel indirectè, aut alijs quoquomodo impedire audeant, vel præsumant: ipsis autem Monasteriorum, & aliorum locorum prædictorum Abbatis, Abbatissis, Prioribus, Conventibus, Monachis, Monialibus, & personis, ut Generalem, aliosque Abbates, Superiores, & Vicarios præfatos, ut præfertur, visitare volentes benignè recipiant, eisque, & eorum mandatis in concernentibus eorum visitationes officij hujusmodi pareant, & humiliter obedient, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub similis excommunicationis poenis districtè præcipiendo mandamus. Et insuper universa, & singula privilegia, prærogativas, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, & quatenus sint in usu, plenarias, conservatorias, facultates, indulta, & alias gratias Cistercij, & quatuor filiabus nuncupatis Monasterijs, & Ordini, ejusque Capitulo Generali, Diffinitoribus, & alijs Superioribus prædictis per pie memoria Paschalem II. Calixtum etiam II. Eugenium III. Alexandrum etiam III. Lucium similiter III. Honoriū etiam III. Gregorium IX. Innocentium IV. Sixtum pariter IV. prædecessorum Commendas, & Commendatarios Monasteriorum, & aliorum locorum Ordinis hujusmodi concernentium, & quod Commendatarij pro tempore existentes nullam in Monasteria dicti Ordinis sibi commendata, & eorum Monachos jurisdictionem exercant, ac etiam super privilegiorum, aliarumque gratiarum ipsi Ordini concessa confirmatione, sub quarto, & sexto Idus Martij, quinto Nonas, & quarto Idus Martij, quinto, & sexto Idus Martij sexto anni Pontificatus sui datum respectivè, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, haec tenus quomodolibet concessa; nec non ordinationes, & statuta ab exordio fundationis ejusdem Ordinis usque in præsentem diem in dicto Generali Ca-

Capitulo concorditer edita, etiamsi in usu esse desierint, dummodo infra lapsum temporis immemorabilis, videlicet centum annorum in desuetudinem non abierint; ac propterea super contentionibus per omnia & singula ejusdem Ordinis Monasteria Abbati Cistercij, seu Capitulo Generali prædictis facientes, & solventes: Itaque omnes, & Commendatarij ad illarum solutionem, & sub similis excommunicationis latæ sententiae poenis teneantur, & ad id etiam, quibuscumque privilegijs, & ab ipsa Sede obtentis non obstantibus, compelli possint, & prout illa concernunt omnia, & singula alia in litteris Apostolicis, alijsque documentis desuper confessis contenta, & inde secuta quæcumque, licita tamen & honesta, eisdem auctoritate & tenore, & certa scientia confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris & facti defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplemus: ac potiori pro cautela eadem omnia, & singula privilegia, prærogativas, facultates, exemptiones, indulgentias, conservatorias, indulta, & alias gratias, eisdem modo & forma, quibus Ordini, ejusque Abbatibus, Capitulo Generali, & Superioribus prædictis per dictos prædecessores concessa, seu illis de novo auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & innovamus: necnon easdem ordinationes, & statuta similiter de novo: & propterea, quæ in Monasterijs dicti Ordinis, quæ diversis personis, & si Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales existant, de præsenti commendata esse reperiuntur, & in futurum commendari, seu alias quoquomodo alijs quæ Ordinis ipsius personis hujusmodi continget, ubi non fuerit, instituatur Mensa Conventualis ab Abbatiali Mensa distincta & separata, cum annuis fructibus, redditibus, & proventibus juxta Monasteriorum ipsorum facultates competentes, & honestas pro sufficienti Conventuum, & Monachorum, aliorumque Religiosorum ejusdem Ordinis numero, in unoquoque ex ipsis Monasterijs per ipsos Generalem, & ceteros arctius ipsos Su-

periores, aut eorum Vicarios ordinando, ad quam Mensam sit instituendi, congruoque redditus assignandos ipsi Commendatarij omnino teneantur, & ad id etiam per censuras Ecclesiasticas fructutimque, reddituum, & proveniendum sequæstratorum, & alia opportuna juris remedia cogi possint, & debeant.

4 Et quia, sicut accepimus, in numeratis dicti Ordinis, tam virorum, quam mulierum Monasterijs, quam plures Mendicantium, & aliorum Ordinum Religiosi utriusque sexus ab immemorabili tempore citra se intrusarunt, & persæpe intrudere præsumunt, quod illi, vel illæ realiter & cum effectu, vel saltim habitum infra annum suscipiant, ac professionem regularis ejusdem Cisterciensis Ordinis expresse emittant, debeantque obedientiam, & reverentiam, illiusque Abbati Generali, & reliquis Superioribus prædictis præstent, ac demum Officium secundum ipsius Ordinis morem celebrent, seque regularibus ejus institutis omnino confirment: uniones, aut annexiones, incorporationes, suppressiones, & extinctiones Monasteriorum, & Prioratum ejusdem Ordinis, aut fructuum, reddituum, & proveniendum, illorum dismembrationes à locis alijs quomodolibet pijs, applicationes autem quævis perpetuæ, illorum alienationes cuicunque alteri loco ex quavis causa, quantumcumque honesta, urgente, & necessaria, absque speciali & expresso ejusdem Abbatis Generalis pro tempore existentis consensu in scriptis, causaque prius à Capitulo prædictis, vel alias ritè cognita, & per Nos, & Sedium prædictam, & de fratum consilio, ac ad quarumvis, & Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam deinceps nullatenus fieri possit; & si aliter fiant, nullius omnino sint roboris: neque Ordo, ejusque Superioris, & personæ præfatis litteris desuper conficiendis obedire debeant, in his verò, quæ hactenùs unita, annexa, & incorporata fuerunt, servetur præcisa forma singularum litterarum super ipsis unionibus, incorporationibus, seu applicationibus, cum alijs quibuscumque dispositionibus ex-

peditarum. Ita tamen, quod Monachi in singulis Monasterijs hujusmodi degentes, sint, & remaneant sub obedientia, & correptione Abbatis Generalis, aliorumque Superiorum Ordinis Cisterciensis prædictorum, & suorum Vicariorum in omnibus & per omnia, perinde ac si uniones, annexiones, & incorporationes hujusmodi non emanassent; & si in illis aliter caveretur, & usus non tamen à tempore immemorabili, ut præfertur, vim obtineat, quæ contra præsentis statuti tenorem nemini suffragetur. Postremoque nullæ alterius Ordinis Moniales in Abbatissas Monasteriorum Monialium dicti Ordinis assumi; vel si assumantur in eisdem Monasterijs recipi possint, nisi illorum immediato Priore, Subpriore præidente, qui illis habitum exhibeat, & ab eis tria substantialia vota, & juramenta observandi statuta dicti Ordinis, ac secundum ea vivendi recipiat: quodque omnia, & singula Monasteria Ordinis hujusmodi, tam virorum, quam mulierum ubicumque existentia, seu eorum Abbates, vel Piores, & Comendatarij, Abbatissæque, vel Priorissæ in signum obedientiarum, & superioritatis solita regalia, videlicet, contributiones solitas, & Abbatij Monasterij Cistercij, & Capitulo Generali prædictis, omnibus exceptione, recusatione, præscriptione, & alia excusatione penitus cessante, annuatim solvere teneantur, & ad id compelli possint, sub excommunicationis latæ sententiæ poena, eisdem scientia, auctoritate, & tenore perpetuo statuimus, & ordinamus: ac limitationem, moderationem, inhibitionem, præceptum, mandatum, approbationem, confirmationem, adjecctionem, suppletionem, concessionem, innovationem, statuta, & ordinationes, aliaque præmissa, ac præsentes litteras de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu, quovis prætextu quæsito, vel colore, aut ingenio nullatenus notari, argui, vel impugnari posse: neminemque illa quavis de causa, etiam justissima impugnari in judicio, vel extra audiendum esse, nec illa sub quibusvis similium, vel dissimilium concessum, gratiarumque revocationibus,

suspensionibus, modificationibus, limitationibus, vel derogationibus, & per Nos, & successores nostros, ac Sedem prædictam, & Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum intuitu, & contemplatione, aut in corum, vel etiam in nullius favorem sub quibuscumque tenoribus, vel formis, cum quibusvis clausulis, ac etiam unius contractus, aut legis, seu statuti perpetui inducendis decretis, & alijs quomodolibet concessis, & concedendis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis de super quomodolibet editis, & edendis aliquatenus comprehendendi; neque illis ulio unquam tempore, & per Sedem prædictam derogari possent, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & data præsentium expressa mentio habita, & derogatio, suspensio, mutatio, revocatio, aliaque prædicta de Cistercij, & aliorum quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum expresso consensu factæ fuerint; & si aliter derogari, revocari, suspendi, limitari, corrigi, aut emendari contigerit, hujusmodi derogationem, renuntiationem, suspensionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullius esse roboris, vel momenti; & quoties illa, vel illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restituta, & de novo, & sub quacumque data per ipsum Abbatem Monasterij Cistercij pro tempore existentem eligenda concessa esse, & censeri: & ita per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Sacri Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate & facultate, judicari, definiri, & interpretari debere; ac quidquid secùs à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus.

5 Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo jus quæsumus, & alijs quibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuslibet, & juramento, confir-

ma-

matione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , statutis , & consuetudinibus , declarationibus , inhibitibus , & decretis , privilegijs quoque , indultis , & litteris Apostolicis prædictis , alijsque Congregationibus , Præsulibus , Abbatibus , Ecclesijs , Monasterijs , Capitulis , Conventibus , Provincijs , & personis sub quibuscumque tenoribus & formis , ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs , alijsque efficacioribus & insolitis clausulis , irritantibusque & alijs decretis , in genere vel in specie , etiam motu simili , aut etiam consistorialiter , aut alijs concessis , & etiam iteratis vicibus approbatis , & innovatis : Quibus omnibus , & singulis , etiam si pro illorum sufficien-
ti derogatione de illis , eorumque totis tenoribus specialis , specifica , expressa , & individua , non autem per clausulas generales idem importantes mentio , seu quævis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret , illorumque veriores tenores , formas , datas , & decreta in eis apposita , ac si de verbo ad verbum insererentur , præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes , illis alijs in suo robore permanuris , hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus , & sufficienter derogatum esse decernimus , cæterisque contrarijs quibuscumque .

6 Et quia difficile foret easdem præsentes ad diversa loca , Provincialia que circumferre , volumus , & dicta auctoritate decernimus , quod illarum transumptis , sive exemplis , & formis impressis , manu alicujus publici Notarij subscriptis , & sigillo Abbatis Generalis , aut alicujus ex alijs Superioribus Ordinis hujusmodi munitis , plena , & individua , ac expressa fides ubique & in judicio adhibeatur , quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ .

7 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutio-
nis , moderationis , immutationis , inhibitionis , mandati , confirmationis , approbationis , adjectionis , suppletionis , concessionis , innovationis , statuti , or-
dinationis , decretorum , derogationum , & voluntatis infringere , vel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præsumperit , indignationem Omnipotentis Dei , & Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio , sexto Kalendas Octobris , Pontificatus nostri anno quarto . Martinus qui Not. intus : Federicus Cardinalis Cessius . Cæsar Glorierius : Regis-
trata apud Cæsarem Secretarium .

Concordat cum Originali.

POST quarum siquidem litterarum præsentationem , & prædicti Procuratoris Generalis factam (ut præfertur) requisitionem , Nos accedentes ad Conven-
tum Sancti Benedicti de Alcantara ejusdem Militiae , Cisterciensis Ordinis , ubi Pri-
vilegiorum Camera , seu Archivum Generale , necnon ad Villam de Villa-nova
de la Serena , ubi particulare Prioratus de Magacella ipsius Militiae consistunt , ad Secretumque , & Secretariam Regij Ordinum Consilij , ac etiam ad Conventum Sacrum de Calatrava , ubi communia Privilegia in Appendice collocata majori ex parte inveniuntur , patefactis coram Nobis & infra scripto publico Apostolica auctoritate Notario omnibus , & singulis originalibus prædictorum Alexandri Tertij , & aliorum Romanorum Pontificum litteris , tam sub plumbo , quam in forma Brevis , more Romanæ Curiæ in favorem dictæ Militiae expeditis , necnon & alijs similiter originalibus Regum , Judicium , & aliarum personarum Donatio-
nibus , Privilegijs , Concessionibus , Sententijs , & Scripturis , ac etiam cæteris publicis Instrumentis , & authenticis Codicibus , seu membranis Libris , Tumbos , seu Becerros , vulgariter nuncupatis , ac alijs similiter non contempnenda fidei scriptis , ex quibus præinsertæ litteræ per prædictum Procuratorem Nobis præ-
sentatae depromptæ fuerant , vidimus , legimus , & diligenter inspeximus prædicta originalia instrumenta , & exemplaria , sana quidem & integra , non vitiata , non cancellata , nec in aliqua sui parte suspecta , sed omni prorsus vitio , & suspectio-
ne carentia , prout in eis prima facie apparebat , & juxta verum eorum tenorem

le.

legimus, auscultavimus, collationavimus, correximus, & concordavimus præinsertum Nobis præsentatum eorundem originalium transumptum, & omnes, quas in eo fecimus, vel invenimus Bullas, & alias Scripturas concordare in omnibus cum suis veris originalibus, mandavimus, in cuiuslibet fine annotari, & subsignari per infrascriptum Notarium sub hac forma, scilicet: *Concordat cum Originali*: Quas autem invenimus, aut fecimus cum authenticis transumptis, publicis Scripturis, Libris, aut Codicibus in omnibus concordare, similiter annotari jussimus, & subsignari absque ulla prorsus exceptione, demonstrata solùm instrumentorum qualitate, ne quid illis fidei addatur, vel detrahatur: Quas vero Scripturas aliqua, seu aliquibus incisione, aut incisionibus breviatas cum originalibus pro modo suo concordare vidimus, annotari etiam pro modo suo fecimus, & subsignari per infrascriptum Notarium. Unde Nos per sapientum Procuratorem Generalem, ut præmittitur, requisiti, attentes ejus requisitionem esse justam, & rationi consonam, præinsertum transumptum diligenter collationum & correctum, ac modo & forma prælibatis concordatum in hanc publicam formam per infrascriptum Notarium redigi, & solito ejus signo signari mandavimus, volentes ac decernentes, ut eidem transumpto, & in eo contentis Scripturis per Notarium publicum, ut præmittitur, signatis, plena fides in judicio, & extra, ac ubicumque adhibetur, & illi stetur, ac si ipsæ originales litteræ exhibitæ forent, & ostensæ. Quibus omnibus, & singulis nostram interponendam duximus auctoritatem pariter, & decretum. In quorum omnium, & singulorum præmissorum fidem præsentes litteras fieri jussimus, nostroque nomine subscripsimus, ac sigilli nostri Officij, quo in talibus utinam, fecimus appositione muniri. Datis, & actis Matrii Toletanæ Dioecesis, anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo, Kalendis Septembris, Indictione tertia decima, Pontificatus autem Sanctissimi Domini nostri Benedicti Divina providentia Papæ Decimiquarti, anno undecimo.

Lic. D. Ferdinandus Gil de la Cuesta,

Reg. Hon. Capellanus, Protonotarius,
& Judex Apostolicus Tribunalis Nun-
tiaturæ Hispaniæ.

Locus  Sigilli.

De mandato D. Protonotarii Judicis Apostolici.

*Michael Fernandez de Segura,
Notarius Apostolicus.*

Et ego Michael Fernandez de Segura, Burgensis Dioecesis, publicus Apostolica auctoritate Notarius, quia omnibus, & singulis suprà dictis præsens interfui, ideo hoc publicum transumptum, hasque litteras signo meo solito signavi in fidem, & testimonium præmissorum rogatus, & requisitus.

In testimonium  veritatis.

*Michael Fernandez de Segura,
Notarius Apostolicus.*

BULAS,

BULAS, Y BREVES,

REMITIDOS DE ORDEN DE S. M.

al Real Consejo de las Ordenes por la primera Secretaría de Estado, y del Despacho, para que se impriman, y pongan en este Bulario.

SCRIPTURA I.

Bula de Alexandro VI. aprobando dos Bulas, que havia dado Innocencio VIII. en que concedia à los Reyes Catholicos la Administracion de los Maestrazgos de Santiago, y Alcantara.

Mart. I A Lexander Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Incar. 2 De benigno Sedis Apostolicae de-

bet provenire subsidio, ut concessa per Romanos Pontifices, præsertim pro statutis Catholicorum Regum & Principum pace, quiete, & conservatione, necnon Militiarum in eorum Regnis & dominij consistentium, illarumque Magistratum prospero & felice regimine, sublatis quibusvis impedimentis, suum debitum fortiantur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentius Papa VIII. prædecessor noster, ad grandia impensarum onera charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Regi, & charissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabeth ejus conthorali Reginæ Castellæ, & Legionis Illustribus, pro expugnatione Infidelium Regni Granatæ incumbentia, debitum respectum habens, & nonnullorum aliorum præcessorum suorum, qui in prædictis, & Portugallia Regnis ad Infidelium illis circumvicinarum partium expugnationem, dudum provide institutarum Militiarum Magistratus, seu aliquos ex eis, dum expedire cognoverunt, prædictorum Regnorum Regibus, & Infan-

tibus respective in administrationem concesserunt, inhærendo vestigijis, pro aliquali onerum Regis & Reginæ prædictorum sublevatione, & ex certis alijs rationabilibus causis, animum suum ad id moventibus, Sancti Jacobi de Spatha, Sancti Augustini, & de Alcantara Cisterciensis Ordinum Militiarum Magistratus, cùm illos per cessum, vel decepsum, seu quamvis aliam dimissionem, tunc dictarum Militiarum Magistrorum simùl vel successivè vacare contingenteret, suæ & Sedis prædictæ collationi, & dispositioni motu proprio, & ex certa scientia, specialiter & expressè per quasdam primò reservavit, illosque cum, ut præmittitur, vel alias quovis modo vacarent, præfato Ferdinando Regi per eum quo adviveret, in administrationem tenendos, regendos, & gubernandos concessit, cum diversis inhibitionibus, decretis, antelationibus, & suspensionibus inibi contentis, certis ad id Executotibus deputatis. Et deinde idem Innocentius prædecessor sperans, quod præfata Reginæ, qua in eisdem Castellæ & Legionis Regnis prædecessoribus suis illorum Regibus legitimè successerat, prout unà cum Rege prædicto conjugé suo, tot & tanta pro Divini Nominis gloria, & fidei Catholicæ exaltatione, & Infidelium, ac Barbarorum depressione, forti & constanti animo, ac prudentia singulari fecerat, & continuò melicti animo, nullis laboribus, nullisque periculis, & expensis parcendo, indefessa sollicitudine facere non cessabat; ita in eadem administratione, & cura dictorum Magis-

Hbbbb

gic

gistratum præfato Regi adjuncta , pro sua erga dictos Magistratus singulari devotione & affectione , ac Reginali magnanimitate , excellentia , auctoritate , dignitate , & potentia esse plurimum utilis & fructuosa , ipsique Magistratus per eam & eundem Regem conjunctim , melius , facilius , & commodius regerentur , administrationem & litteras prædictas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis ad ipsam Reginam conjunctim cum dicto Rege tenendam , regendam , & exercendam , motu & scientia similibus per alias litteras suas extendit pariter , & ampliavit ; litterasque priores prædictas valeare , & administrationem eandem ad ipsos Regem & Reginam conjunctim pertinere in omnibus & per omnia decrevit : perinde ac si per easdem priores litteras administratio ipsa præfatis Regi & Reginæ unâ pariter , & conjunctim commissa fuisset , alias juxta earundem litterarum priorum continentiam & tenorem . Ac voluit , quod ea quæ spiritualia concernerent , per personas dictatorum Militiarum Religiosas , per Regem & Reginam prædictos pro tempore ad id depurandas , ad eorum nutum amovibiles , probè & laudabiliter exercerentur : quibus sic pro tempore deputatis personis gerendi , faciendi , mandandi , ordinandi , exercendi , exequendi , & disponendi omnia & singula , quæ dictarum Militiarum Magistri pro tempore existentes , de jure , vel consuetudine , aut alias quomodolibet facere , gerere , exercere , mandare , disponere , & exequi possent , & consuevissent , plenam , liberam , & omnimodam concescit facultatem . Quodque Rex & Reginæ præfati ab alienatione quorūcumque bonorum immobilium , & pretiosorum mobilium dictorum Magistratum penitus abstinerent , prout in singulis litteris prædictis , quarum tenores , ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur , haberí volumus pro sufficienter expressis & insertis , pleniū continetur .

3 Postmodum verò Nos , Divina fave nte clementia , ad apicem summi Apostolatus assumpti , quascumque alias reservationes , quas , super quibus per Cancellariam Apostolicam litteræ

in forma solita expediri consueverant , de quibusvis etiam Patriarchalibus , Metropolitanis , & alijs Cathedralibus Ecclesijs , ac Monasterijs , & Beneficijs vacaturis , cum mandatis de providendo , & extensionibus inde secutis per dictum Innocentium prædecessorem in favorem quorūcumque , & quibuscumque concessas , ac factas , quoad ea in quibus nondum sortitæ erant effec tum revocavimus .

4 Cùm autem propter revocationem hujusmodi , Rex & Reginæ præfati effectu reservationis , & concessionis , administrationis hujusmodi , tempore procedente , si casus vacationis dictorum Magistratum occurreret , frustrati remanerent : Nos qui eosdem Regem & Reginam , quorum exactissima diligentia Regnum Granatæ prædictum à manibus Saracenorum liberatum , & sub Christi jugo redactum extitit , quadam peculiari dilectione prosequimur , & ut peculiares filios nostros in visceribus gerimus charitatis , sperantes indubie , quod præfati Magistratus pro singulari Regis & Reginæ devotione , & erga illos affectione sub eorum cura , & administratione hujusmodi felicia suscipient incrementa , Innocentij , & aliorum prædecessorum prædictorum , qui similes administrationes prædictorum Regnorum Regibus & Infantibus respectivè concesserunt , vestigijs inhærentes , motu simili , non ad ipsorum Regis & Reginæ , vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam , sed de nostra mera liberalitate , singulas litteras , ac administrationem prædictas , cum omnibus & singulis in eisdem litteris contentis clausulis , inhibitionibus , decretis , suspensionibus , derogationibus , & antelationibus , nec non processus habitos per easdem litteras ab eorum omnium datis , & inde secuta quæcumque in suum plenum & pristinum robur , ipsosque Regem & Reginam ad illorum quoad hoc totalem consequendum effectum in pristinum , & eum in quo ante revocationem prædictam quomodolibet existebant statum , auctoritate Apostolica , & ex certa scientia tenore præsentium restituimus , reponimus , & plenariè reintegramus : ac potiori pro cautela lit teras

teras & concessionem administrationis hujusmodi approbamus, & plenum firmitatis robur obtinere decernimus, illasque in omnibus & per omnia, modo & forma præmissis, eisdem Regi & Reginæ, motu & scientia similibus de novo concedimus.

5 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis revocationibus similium reservationum per Nos, & Sedem prædictam, sub quibusvis verborum formis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, efficacioribus, & insolitis, etiam præsentibus expresse derogantibus, pro tempore concessis, sub quibus præsentes nequaquam comprehendendi volumus, nisi dum & quotiens de eisdem Rege & Reginæ nominatim, non autem per clausulas generales id importantes, mentio fieret in illis, idque priùs eis per trinas nostras in forma Brevis litteras, cum intervallo unius mensis inter præsentationem illarum duxerimus insinuandum, ac omnibus illis, quæ præfatus Innocentius prædecessor in singulis litteris prædictis voluit non obstar, ceterisque contrarijs quibuscumque.

6 Hortamur autem omni mentis affectu eosdem Regem & Reginam, ut occurrente dictorum Magistratum vocatione, in illorum cura & regimine, ac personarum ad spiritualium administrationem deputatione hujusmodi, pro sua solita bonitate, prudentia, & devotione, sic sollicitè & laudabiliter se studeant exercere, quod exinde optati fructus succedant, quos speramus; ipsique Rex & Reginæ, quorum conscientias super his oneramus, præter æternæ retributionis præmium, nostram, & dictæ Sedis benedictionem & gratiam exinde uberioriis valeant promereri.

7 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ restitutioonis, repositionis, reintegrationis, approbationis, constitutionis, concessioonis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Ro-

mæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, quarto decimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno primo. L. Podocatharus.

Al lado izquierdo dice: Gratis. De mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ. Jo. de Galves. Y por fuera al medio dice: Registrata apud me L. Podocatharum. Y en una esquina: F. de Bassion.

Tiene esta Bula Sello de plomo pendiente en hilos de seda encarnada, y dorada.

Esta Copia concuerda con su original, que por aora pára en esta primera Secretaría de Estdos, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario, con ejercicio, de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIPTURA II.

Bula de Alejandro VI. para que los Reyes Católicos obtuviesen división, aunque qualquiera de ellos renunciasse, o muriese, la Administración de los Maestrazgos de las Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, y Alcantara.

1 **A** lexander Episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

2 Dum ad illos fidei constantiam, & eximiaæ devotionis affectum, quibus charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Rex, & charissima in Christo filia nostra Elisabeth Reginæ Hispaniarum Catholici, Nos, & Romanam reverentur Ecclesiam, diligenter attendimus, & paterna consideratione pensamus, quod ipsi, velut intrepidi Christi Pugiles, & Athletæ semper pro fidei Catholicaæ exaltatione, ac Reipublicæ Christianæ adversus Infideles, & hoc potissimum tempore opportuno contra perfidissimos Turcas, Christi Nominis accerrimos hostes defensione, ac pro Nobis, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ status mantentione, ac conservatione, se pro viribus, nullis laboribus, nullis periculis, nullisvè parcendo expensis,

Hbbbb 2

Junij
12.ans
15014

ardenter opponunt, seque in antea etiam promptius & libentius more Catholicorum Regum, & Principum offerunt esse facturos, dignè ducimur non immerito, ut votis eorum, illis præser-tim, per quæ ipsorum commoditatibus consuli posse, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentius Papa VIII. prædecessor noster ex certis tunc expressis causis præfatum Ferdinandum Regem Sancti Jacobi de Spatha, & de Calatrava, ac de Alcantara Militiarum Sancti Augustini, & Cisterciensium Ordinum Magistratum, cum illos per cessum vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem illos tunc obtinentium simùl, vel successivè vacare contingeret, quamdiù vitam duceceret in humanis, Administratorem motu proprio sub certis modo, & forma etiam tunc expressis, per quasdam fecit, constituit, & deputavit. Et deinde præfato Innocentio prædecessore, (sicut Domino placuit) sublato de medio, Nos ad apicem summi Apostolatus Divina favente clementia assumpti, præfatam Elisabeth Reginam pro sua Reginali bonitate, ac summa circumspectione, & erga Nos, ac ejusdem Romanæ Ecclesiæ status conservationem & defensionem, eximia ac singulari devotione, etiam quamdiù viveret, eidem Ferdinando Regi in Administratricem unà secum per alias nostras litteras, etiam sub certis modis, & formis tunc expressis adjunximus, illosque ex tunc conjunctim, quoad viverent, dictorum Magistratum Administratores fecimus, constituimus, & deputavimus, seu idem Innocentius prædecessor modo & forma præmissis adjunxit, fecit, constituit, & deputavit, prout in singulis litteris prædictis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserentur, haberi volumus pro sufficienter expressis & insertis, pleniùs continetur.

3. Cum autem, sicut accepimus, Ferdinandus Rex, & Elisabeth Régina præfati litterarum prædictarum vigore Magistratum eorundem, tunc certis modis successivè vacantium, possessionem dudum fuerint assecuti, illosque ex tunc bene, utiliter, &

laudabiliter rexerint, ac gubernaverint, prout regunt, & gubernant de præsenti: Nos volentes præfatos Ferdinandum Regem, & Elisabeth Reginam suis tam præclaris erga eandem Rem publicam Christianam, præsertim pro his, quæ continuè adversus ipsos perfidissimos Turcas, Christianum sanguinem sientes, cum classe eorum potentissima facere non cessant, & in dies magis atque magis pro eorum Regio & Catholicò animo, etiam pro Nobis, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ status conservatione, manutentione, & defensione libenter, ut prædiximus, offerunt esse facturos, meritis exigentibus, favoribus prosequi gratiosis, motu simili, non ad eorum vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, eisdem Ferdinandó Regi, & Elisabeth Reginæ, ut administratione prædicta per alterius eorum cessum vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem cessante, dictisque Magistratibus, seu eorum aliquo vel aliquibus, sic quovis modo successivè vacantibus, liceat alteri eorum soli eorundem Magistratum, vel illius, seu illorum ex eis, ejus, vel quorum cessionem tunc fieri, & admitti contingeret, administrationem, quamdiù vixerit, ut prius, aliás in omnibus & per omnia, juxta singularum litterarum prædictarum continentiam, & tenorem retinere, & continuare; perinde ac si sibi soli tunc dicta administratio concessa fuisset, auctoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus.

4. Cuicunque Archiepiscopo, vel Episcopo, seu alteri personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, Regnum, & Dominiorum Ferdinandi Regis, & Elisabeth Reginæ prædictorum super hoc per Ferdinandum Regem, & Elisabeth Reginam præfatos, aut alterum eorum eligendo, vel eligendæ, harum serie committentes atque mandantes, ut si aliquis eorum in manibus suis administrationi prædictæ, in totum, vel pro parte, ad effectum præmissum sponte & liberè cedere voluerit, cessionem hujusmodi auctoritate nostra hac vice duntaxat recipiat, &

SCRIPTURA III.

Bula de Leon X. en que concede motivo proprio al Emperador Carlos V. la Administracion de los Maestrazgos de Santiago, Calatrava, y Alcantara.

admittat, eaque recepta, & admissa, eadem auctoritate nostra decernat alterum ex Ferdinando Rege, & Elisabeth Regina prædictis, qui non cesserit, vel non dimisserit administracionem omnium Magistratum prædictorum, vel illorum, aut illius, cuius, seu quorum cessionem fieri, & admitti contingere, ut præfertur, per se solum, quoad vixerit, ut prius retinere & continuare posse, atque debere: servatis semper alias in omnibus, & per omnia singularum litterarum prædictarum forma, atque tenore.

5 Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis Militiarum, & Ordinum prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; necnon omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum est non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque.

6 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis, commissionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Squis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo primo, Pridie Idus Junij, Pontificatus nostri anno nono. Hadrianus.

Y por fuera tiene escrito en el medio: Registrata apud me Hadrianum. Y à una esquina: P. de Comitibus.

Tiene esta Bula un Sello de plomo pendiente en hilos de seda encarnada, y dorada.

Esta Copia concuerda con su original, que por aora pára en esta primera Secretaria de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario, con ejercicio, de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.



1 **L**EO Episcopus, servus servi Febr. rum Dei. Charissimo in Christo filio Carolo Castellæ, Legionis, Aragonum, & utriusque Siciliæ Regi Illustri, salutem, & Apostolicam benedictionem.

2 Ad cognitam fidei integritatem, & devotionis sinceritatem, quibus te erga Nos, & Romanam Ecclesiam clarere prospicimus, exactè dirigentes considerationis intuitum, dignè ducimur, non immerito illa tibi favorabili concedere, per quæ tuæ Regiæ Majestatis status tranquillitati, & conservationi, ac pro incumbentibus tibi propterea oneribus facilius perferendis commoditati honorifice consulatur. Dudum siquidem motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, Sancti Jacobi de Spatha, & de Calatrava, ac de Alcantara Sancti Augustini, & Cisterciensium Ordinum Militiarum Castellæ, & Legionis Regnorum Magistratus, qui dudum claræ memoriae Ferdinando Aragonum, & utriusque Siciliæ Regi, & Elisabeth Reginae Castellæ, & Legionis, tunc in humanis agentibus Avis tuis, in administrationem ad utriusque, & alterius superstitis eorum vitam sub certis modo & forma, Apostolica auctoritate concessa fuerunt, & quos Ferdinandus Rex tunc in humanis agens, & dum vixerat Elisabeth Regina præfati insimul in hujusmodi administrationem obtinuerant, ac tunc dictus Ferdinandus Rex solus obtinebat, quamprimum illorum administrationem hujusmodi per cessum, vel decepsum, seu quamvis aliam dimissionem dicti Ferdinandi Regis cessare, & illos quovis modo simul, vel successivè etiam apud Sedem Apostolicam vacare contingere, concedendos tibi, quoad viveres, in similem administrationem nostræ, & dictæ Sedis dispositioni auctoritate Apostolica, per alias nostras litteras specialiter & expresse

9. an.

1516.

Incar.

1515.

reservavimus: Districtiūs inhibendo dilectis filijs, Conventibus, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, & personis dictarum Militiarum, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos eorumdem Magistratum electio, confirmatio, collatio, provisio, seu quævis alia dispositio communiter, vel divisim pertinebat, ne de illis, seu eorum aliquo, cùm, ut præfertur, vacarent, etiam prætextu quorumcumque privilegiorum, & indultorum eis concessorum disponere; necnon quascumque similes, vel dissimiles, etiam efficaciores speciales reservationes, accessus, & ingressus, uniones, annexiones, & incorporationes etiam perpetuas, vel temporales nominationes, nominandi, & conferendi facultates, concessiones, & mandata sub quibusvis verborum formis, & expressionibus, & quavis etiam Regum, Reginarum, aut aliorum Dominorum temporalium, & Prælatorum, quacumque etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia quavis dignitate, auctoritate, seu præeminentia Ecclesiastica, vel mundana, aut Cardinalatus honore fulgentium, aut obsequiorum per eos Nobis, & dictæ Sedi etiam pro fide Catholica impensorum, ac juriū cessorum, vel oblatorum, & damnorum per Infideles eis illatorum, consideratione concessa, & concedenda, tunc & pro tempore habentibus, & prosequentibus, ac ex quavis facultate, privilegio, & potestate, ac indulto per Nos, & Sedem eamdem, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessis, & concedendis, seu alias pro tempore nominatis & electis, Magistratus prædictos quomodolibet expectantibus, ne Magistratus ipsos acceptare, nec de illis sibi provideri, aut illos commendari facere, seu alias de illis disponere, vel se intromittere quoquomodo præsumerent; ac inter alia decrevimus, ex tunc omnes electiones, nominationes, resignations, provisiones, commendas, & alias quascumque dispositiones, alijs quam tibi de Magistratibus hujusmodi faciendas, irritas & inanes, nulliusque roboris, vel momenti existere; & sic per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam Causarum Palatij Aposto-

lici Auditores, ac Sanctoræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere: irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenti. Et nihilominus te tunc in sexto decimo, vel circa tuæ ætatis anno constitutum, ex tunc prout ex ea die, & è contra, cùm Magistratus prædictos, ut præmittitur, vel alias quomodolibet vacare contigeret, etiam si actu tunc forsè quovis modo vacarent, administrationem dictorum Magistratum, & Militiarum, & cujuslibet eorum in spiritualibus, & temporalibus eisdem modo & forma, & cum omnibus & singulis facultatibus, privilegijs, gratijs, & indultis, ac præminentij, quibus Ferdinandus Rex, & Elisabeth Regina præfati illorum Administratores deputati fuerant, motu, scientia, & potestate, ac auctoritate similibus constitui-
mus, & deputavimus, ac Magistratus ipsos cum omnibus membris, pertinentijs, oppidis, terris, vassallis, juribus, dependentijs, & annexis suis tibi per te, quoad viveres, tenendos, & administrandos, prout dicti Ferdinandus Rex, & Elisabeth Regina, dum vive-
rent, illos tenuerant, & administrave-
rant, ac dictus Ferdinandus Rex tunc tenebat, & administrabat, in hujusmo-
di administrationem concessimus, &
assignavimus, ac concessos, & assigna-
tos fore decrevimus, prout in dictis litteris, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, pleniū continetur.

3 Cùm itaque postmodum Magistratus prædicti administratione hujusmodi per obitum dicti Ferdinandi Regis, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persolvit, cessante, adhuc eo, quo dum eisdem Ferdinando Regi, & Elisabeth Reginæ in adminis-
trationem concessi fuerunt, vacab-
ant, modo vacare noscantur ad præ-
fens: Nos ne ab aliquibus de viribus
constitutionis, & deputationis, ac con-
cessionis tibi factarum prædictarum
hæsitari possit, ac tibi, qui adhuc in
sesto decimo, vel circa tuæ ætatis anno
conf-

constitutus existis , & quem speciali dilectionis affectu ex visceribus charitatis prosequimur , pro facilitiori onerum tibi pro subditorum tuorum benigna gubernatione incumbentium supportatione , & Regnorum tuorum tranquillitate , super his opportunè providere volentes , ac verum & ultimum dictorum Magistratum tunc vacationis modum , etiam si ex illo quavis generalis reservatio , etiam in corpore juris clausa resulset , præsentibus pro expresso habentes , motu simili , non ad tuam , vel alterius pro te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam , sed de nostra mea deliberatione , ac scientia , & potestatis plenitudine prædictis , singulos Magistratus prædictos , quorum fructus , redditus , & proventus præsentibus haberi volumus pro expressis , quibusvis modis , & ex quorumcumque personis , seu per liberas resignationes , quorumvis de illis in Romana Curia , vel extra eam , etiam coram Notario publico , & testibus sponte factas vacent , etiam si tanto tempore vacaverint , quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta Concilij ad Sedem præfatam legitimè devoluta , ipsique Magistratus dispositioni Apostolicæ alias specialiter , vel ex quavis causa generaliter reservati , ac conventuales existant , & ad illos consueverint , qui per electionem assumi , super eis quoque inter aliquos lis , cuius statum præsentibus haberi volumus pro expressio , pendeat indecissa , cum omnibus iuribus , & pertinentijs suis tibi per te , quoad vixeris , tenendos , & gubernandos , prout dicti Ferdinandus Rex , & Elisabeth Regina , dum viverent , illos tenuerant , & administraverant : ita quod liceat tibi debitis , & consuetis eorundem Magistratum supportatis oneribus , de residuis illorum fructibus , redditibus , & proventibus disponere , & ordinare , sicuti Magistri ipsarum Militiarum , qui pro tempore fuerunt , de illis disponere , & ordinare potuerunt , seu etiam debuerunt ; alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium , & pretiosorum mobilium dictorum Magistratum tibi penitus interdicta , in hujusmodi administrationem , auctoritate prædicta tenore præsentium de novo

concedimus , & assignamus : teque Administratorem dictorum Magistratum , & Militiarum , & cujuslibet eorum in spiritualibus , & temporalibus eisdem modo & forma , ac cum omnibus & singulis facultatibus , concessionibus , privilegijs , & indultis , ac præminentijs , quibus Ferdinandus Rex , & Elisabeth Regina præfati illorum Administratores deputati fuerunt , motu , scientia , & potestate prædictis constituimus , & deputamus , ac tibi omnia , & singula , que ad Magistros , & Administratores dictarum Militiarum pro tempore existentes , de jure vel consuetudine , aut alias quomodolibet pertinent , per te , vel alium , seu alios , spiritualia videlicet , per Ecclesiasticas , temporalia vero per sæculares idoneas eorundem Militiarum , & Ordinum personas faciendi , gerendi , exercendi , & mandandi plenam , & liberam facultatem , & auctoritatem concedimus : Districtus præcipiendo mandantes universis Prioribus , Præceptoribus , Conventibus , Militibus , Oppidorum , & Arcium Præfectis , ac Subditis , & alijs personis dictarum Militiarum , ut tibi in omnibus , & per omnia pareant , & obedient , ac obsequia , & jura per eos Magistro dictarum Militiarum præstari solita & debita , realiter & integrè exhibant .

4 Quocirca Venerabili fratri nostro Bernardino Episcopo Sabinensi , & dilectis filiis nostro Francisco tituli Sanctæ Balbinæ Presbytero Cardinali , ac Decano Ecclesie Sancti Petri Lobaniensis Leodiensis Dicecesis , per Apostolicâ scripta motu simili mandamus , quantum ipsi , vel duo , aut unus eorum per se , vel alium , seu alios tibi in adipiscenda possessione Magistratum , necnon membrorum annexorum , iuriumque , & pertinentiarum prædictorum , auctoritate nostra assistentes , faciant tibi à Conventibus , Prioribus , Præceptoribus , Militibus , & fratribus , Oppidorum , & Arcium Præfectis , ac alijs Subditis prefatis obedientiam & reverentiam debitas , & consuetas , necnon consueta servitia , & jura ab eis tibi debita integrè exhiberi : Contradictores quoslibet , & rebelles per censuras , & poenas Ecclesiasticas , ac etiam

pe-

pecuniarias, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his servatis processibus censuras ipsas, quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggravando; necnon loca, in quibus eos morari, & ad quæ declinare contigerit, Ecclesiastico interdicto supponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

5 Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, etiam illa, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam à fine sùx Dioecesis ad judicium evocetur; seu ne Judices à Sede prædicta deputati extra Civitatem & Dioecesim in quibus deputati fuerint, aut contra quoscumque procedere, aut alijs, vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus diætis in Concilio Generali edita, & quibusvis alijs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Militiarum, & Ordinum prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegijs quoque, induktis, & litteris Apostolicis, illis sub quibuscumque tenoribus concessis, & confirmatis: quibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo labore permansuris, hac vice duntaxat, motu simili specialiter & expressè derogamus, contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus, seu concessionibus sibi faciendis de Magistratibus hujusmodi speciales, vel alijs Beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quibus omnibus te in affectione dictorum Magistratum volu-

mus antefieri, sed nullum per hoc eis quoad affectionem Magistratum, seu Beneficiorum aliorum præjudicium generari; seu si Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, Conventibus, Præfectis, Subditis, & personis præfatis, vel quibusvis alijs communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minimè teneatur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint: quodque de Magistratibus hujusmodi, vel alijs Beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim vel separatim expectantibus nulli valeat provideri, seu concessio fieri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & quilibet alia dictæ Sedis indilgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus hujusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod dicti Magistratus propterea in spiritualibus non lèdantur, & in temporalibus detrimenta non sustineant, sed eorum congruè supportentur onera antedicta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessonis, assignationis, constitutionis, deputationis, indulti, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Florentiae anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto decimo, quinto Idus Februarij, Pontificatus nostri anno tertio. Bembus.

T por fuera dice: Registrata apud Membum. T à una esquina: P. de Comitibus.

Tic.

Tiene esta Bula un Sello de plomo pendiente en hilos de seda encarnada, y dorada.

Esta Copia concuerda con su original, que por ahora párta en esta primera Secretaría de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario, con ejercicio de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIPTURA IV.

Bula de Adriano VI. en que concede à los Reyes de España la Administracion perpetua de los Maestrazgos de Santia-
go, Calatrava, y Alcantara, aun en
caso que la Corona recayga
en muger.

Maij 1 A drianus Episcopus, servus ser-
4. an. vorum Dei. Ad perpetuam
1523. rei memoriam.

2 Cùm intra nostræ mentis arcana debita meditatione pensamus, Sancti Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & Alcantara in Regnis Hispaniarum erectas Militias propterea institutas fuisse, ut contra Orthodoxæ fidei hostes & inimicos firma quædam & valida præsidia essent, earumque Milites Infidelium expugnationi, ac Regnorum ab ipsis Infidelibus occupatorum recuperationi jugiter vacarent, strenuaque ipsorum virtute & opera proximis annis, non solùm quæ plurimas Civitates & loca, sed aliquot etiam Principatus, Dominia, & Regna, quæ Infideles Mauri occupaverant, & per multos annos detinuerant, non sine proprijs sanguinis effusione, cum magna Christi Nominis gloria recuperata, & ad fidem Christi redacta fuisse consideramus: Insuper & animo revolvimus, quæ charissimus in Christo filius noster Carolus Castellæ, & Legionis Rex Catholicus in Imperatorem electus, claræ memoriæ Ferdinandi Avi, & Elisabeth Reginæ Aviæ, Castellæ, & Legionis hujusmodi, ac aliorum progenitorum suorum vestigia secutus, pro universali Ecclesia (cujus, ut Nos ad summi Apostolatus apicem assumptione Pastor, ita ipse ad Sacri Imperij fastigium elec-

tione advocatus existit) non solùm in Insulae Cervarum, quam ipsi Mauri detinebant, expugnatione, sed etiam adversus Martinum Luterum per Sedem Apostolicam haereticum declaratum, executione fecit, & in dies ipsum sub disciplina nostra à teneris educatum ob ejus devotionem, ac fidem erga Nos, & hanc Sanctam Sedem (in qua permissoне Divina sedemus) ac universam Rempublicam Christianam, Divina favente gratia, facturum fore speramus, dignum meritò censemus & congruum, ut Militiae prædictæ Coronæ Regni Castellæ, & Legionis perpetuò applicentur; non minus ut Caroli ipsius in Imperatorem electi studia, & conatus ad profligandos, & subigendos Infideles Barbaros, concedentे Domino, crescent, & augeantur, quæ ut ipsarum Militiarum felix, & prosperum regimen semper in melius procedat, & illorum Militum disciplina solertia evadat, ipsumque Carolum in Imperatorem electum, ejusque posteritatem signo specialis benevolentie prosequamur, & quadam perpetuitatis memoria decorémus.

3 Sanè, cùm Ferdinandus Rex, & Elisabeth Regina præfati in humanis agentes, suorum & ipsi progenitorum vestigia secuti, quæ plurima egregia facinora & gesta fecerint, nec solùm Hispania à Saracenis & Mauris, qui Regnum Granatæ, ac pluta alia Domina occupaverant, non sine multis laboribus, & impensis, ac magna Christiani sanguinis effusione purgaverint, & quæ plurimos Infideles à falsis I dolorum tenebris ad veram Orthodoxæ fidei lucem reduxerint, sed pluribus etiam classibus Oceanum Mare penetraverint, & ad diversas ac maximas, & antea mortalibus ignotas Insulas salutiferæ Crictis Vexillum detulerint, & in ipsis Insulis plurimas Metropolitanas, & Cathedrales, ac alias Ecclesias ad Christi Nominis gloriam, & exaltationem erigi, seque ob talia merita Catholici nomine ab hac Sancta Sede insigniri obtinuerint. Cùmqte in dictis Castellæ, & Legionis Regnis Sancti Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & Alcantara Sancti Augustini, & Cisterciensis Ordinum Militiarum Magistra-

tus ad ejusdem fidei exaltationem , & Infidelium Barbarorum , maximè circumvicinarum partium depressionem , & expugnationem instituti fuerint , ut præfertur , & quandoque illi per Romanos Pontifices prædecessores nostros Regibus Castellæ , & Legionis hujusmodi , seu eorum primogenitis , aut propinquioribus Infantibus nuncupatis , respectivè in administrationem , dum expediens fore visum fuerit , concedi consueverint , illorumque ad præsens idem Catholicus Rex in Imperatorem electus , perpetuus Administrator per Sedem prædictam deputatus existat , ipsarumque Militiarum Magistrorum electiones ad Præceptoriarum Militiarum hujusmodi Præceptores , seu Milites spectare noscantur , ac inter eos , occurrente dictorum Magistratum vocatione , super electionibus pro tempore faciendis , possent quandoque dissensiones oriri , plurimumque Regis Castellæ , & Legionis pro tempore existentis interficit , ut ipse Magistratum hujusmodi curam , & administrationem habeat : cum Magistratus ipsi quām plurimas Civitates , & Arces , partim ab ipsis Regibus Castellæ , & Legionis donatas , partim per ipsos Magistros ab Infidelium manibus proprij sanguinis effusione comparatas & acquisitas posseident : & si illorum Magistri aliquando Regi se opponerent , ex illorum institutione , quæ ad eorundem Regnum pacem & quietem , ac Infidelium expugnationem emanavit , gravia scandala , & pericula in Regnis ipsis (prout proximis annis cum in minoribus constituti , & dictorum Regnum regimini , & administrationi præpositi essent , propter aspirationes ad dictos Magistratus oculis nostris vidimus) succedere possent .

4 Si autem Magistratus ipsi Coronæ Regiae Regis Castellæ , & Legionis hujusmodi pro tempore existentis perpetuò unirentur , annexerentur , & incorporarentur ita tamen , quod ex illorum hujusmodi unione tituli singulorum Magistratum hujusmodi ad infra scriptum effectum extincti non censemantur , illi per Regem ipsum longè melius regi , & gubernari possent . Curaretque Rex ipse , ut illarum Militia-

rum Milites idonei , & in arte Militari adeò periti atque experti essent , ut de illis merito sperari posset , quod non solum dicta Regna ab Infidelibus defendenter , sed ipsum Regem ad expeditionem contra Turcas , & alios Infideles maritima classe , ac terristri exercitu suscipiandam , & prosequendam ultrò solicitarent , & invitarent , scandalisque & dissensionibus inter ipsos Præceptores , seu Milites electores , ac alijs periculis , quæ exoriri possent , obviaretur . Ipseque Carolus Rex in Imperatorem electus ad sanctum pacis & unionis Regum , & Principum opus , quod pro totius Christianæ Reipublicæ necessaria defensione , ac contra hostes Turcas felici expeditione perficere & concludere desideramus , pro sua religione , & devotione in hanc Sanctam Sedem Nos plurimum jubare , ac Rem publicam Christianam à tam gravi periculo , in quo constituta est , Divina favente gratia , liberare posset , ac omnia pro fidei Catholicæ exaltatione , ac Infidelium Barbarorum depressione eò libentiùs & constantiùs facere non cef faret . Similiterque ejus successores facere parati essent , Militesque dictatum Militiarum sub Regis hujusmodi disciplina magis clari & experti , & ad conferendum manus contra Turcas , & Infideles hujusmodi multò promptiores , & alacriores redderentur .

5 Nos præmissa diligentि consideratione pensantes , ac animo revolventes , qualia & quanta ejusdem Caroli Regis in Imperatorem electi majores priscis , ac etiam nostris temporibus pro expugnatione Infidelium , & Barbarorum Nationum perfecerint , quaque Regna , & Terras , ac Insulas ab ipsorum Infidelium manibus eripuerint , & ad Christianam Religionem reduci curaverint , & quæ ipse Carolus Rex in Imperatorem electus , tam ferventi animo , hac tempestate nostra , pro Christianæ fidei Religione , & hujus Sanctæ Sedis dignitate tuenda , adversus Martinum Luternum præfatum , & ejus fautores , ac alios , qui contra Nos , & dictam Sedem superbiae cornua erexerunt , ac in dictæ Insulæ Cervarum expugnatione , quām Divino assistente auxilio sibi subdidit , dignè & laudabili

liter effecerit; ac sperantes, quod quantum majoribus beneficijs & gratijs Majestas sua à Sede Apostolica se præmunitam & affectam cognoverit, tanto magis eidem Ecclesiæ, cuius advocatus, ut præfertur, existit, exuberantes favores, quoties opus fuerit, exhibebit, ac brevi tempore pro sua ipsius singulari devotione, ac virtute, Regiaque magnanimitate, & Imperiali cellitudine, ad honorem Dei, & nominis Christiani propagationem adversus nefandissimos Turcas, Christi Nominis perpetuos hostes, & contra spurcissimam illam gentem, quæ Christianum sanguinem avidè sitit, & nostris cervicibus imminet, justissimum bellum suscipiet, ac tot Provincias & Regna ab ipsis Turcis, & alijs Infidelibus occupata recuperavit, & Nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi longè, latèque propagavit. Habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, ac de eorum consilio & assensu Magistratus prædictos, quorum omnium qualitates, necnon verum & ultimum vacationis modum, illorumque ac Coronæ Regiæ Castellæ, & Legionis Regnorum hujusmodi veros annuos valores præsentibus pro expressis haberi volentes, eidem Coronae Regiæ (etiamsi Corona ipsa aliquo tempore ad mulierem expectaret) cum omnibus præminentibus, jurisdictionibus, facultatibus, redditibus, iuribus, obventionibus, & pertinentijs suis universis auditoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, anneximus, & incorporamus. Ita quod jus administrandi ipsis Magistratus, sive in virum, sive in mulierem cum Corona transeat, & omnia, quæ ipsi Magistri, qui pro tempore fuerunt, facere, & exercere consueverunt, facere, & exercere; ac Commendas, & Praeceptorias, ac alia Beneficia Militiarum hujusmodi personis idoneis conferre liberè possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si unio hujusmodi quoad præmissa elunxat minimè facta fuisset; ipsorumque Magistratum possessionem propria auctoritate liberè continuare, seu illam sibi de novo, & Regi Castellæ, ac Legionis pro tempore existenti, etiam

propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere; illorumque fructus, redditus, & proventus in suos, ac Magistratum hujusmodi usus, ad quos deputati sunt, & utilitatem convertere; Dioecesanorum locorum, & quorumvis allorum licentia, seu consensu minime requisitis. Ita tamen, quod ipse Catholicus Rex in Imperatorem electus, ejusque successores Castellæ, & Legionis Reges pro tempore existentes, ea, quæ spiritualia concernunt, per personas dictarum Militiarum Religiosas per ipsis Reges pro tempore existentes ad id deputandas, ad eorum nutum amovibiles, probè & laudabiliiter exerceri facere debeant & teneantur. Quibus sic pro tempore deputatis personis gerendi, faciendi, mandandi, ordinandi, exercendi, exequendi, & disponendi omnia & singula, quæ dictarum Militiarum Magistri pro tempore existentes de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, gerere, & exercere, mandare, disponere, & exequi poterant, & consueverant, auctoritate & tenore præmissis plenam, liberam, & omnimodam facultatem concedimus. Et ne in præjudicium dictæ unionis per Milites, seu fratres dictorum Ordinum aliquid de facto tenetur per viam electionis, vel postulationis, seu alias decerente Rege, vel Regina, qui dictos Ordines administraverit, auferimus ab eis omne jus, ac potestatem eligendi, postulandi, vel de novo Administratore perpetuo prævidendi: & sub poena excommunicationis, ac privationis Commendarum, & Praeceptoriarum, ac aliorum Beneficiorum, quæ obtinent, inhabilitatisque ad illa imposterum obtainenda, omnibus & singulis prohibemus, ne elegant, postulent, vel de eligendo, aut postulando tractent. Quas poenas eos volumus ipso facto incurrire: absolutionem Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter reservantes.

6 Non obstantibus nostra, qua voluntus, quod in unionibus exprimi debet valor, etiam beneficij, cui unio fieret, & semper commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, ac alijs Constitutionibus, & Ordinationibus

Apostolicis, neenon statutis, & consuetudinibus, ac stabilimentis, usibus, & naturis dictarum Militiarum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, & indultis, ac litteris Apostolicis dictis Militijs, earumque Praeceptoribus, Militibus, & Conventibus per dictam Sedem forsà concessis, illis præsertim, quibus caveri dicitur, quod Magistratus de Alcantara, & de Calatrava per personas Regulares Sancti Augustini, & Cisterciensis Ordinis hujusmodi expressè professas, & non uxoratas, ac alias certo modo qualificatas duntaxat obtineri possint: Quibus etiam, si ad eorum derogationem de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, illorum tenores hujusmodi præsentibus pro expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi Magistratibus, ac Dignitatibus speciales, vel alijs Beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus, generales dictæ Sedis, vel ejus Legatorum litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decreturn, vel alias quomodolibet sit processum: quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, & inde secura quæcumque, ad Magistratus hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad executionem Magistratum, aut Beneficiorum aliorum præjudicium generari; & quibuscumque privilegijs, indulgentijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod dicti Magistratus debit is propterea non fraudulentur obse-

quijs, sed eorum congruè supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

7 Volumus autem, quod ipse Rex pro tempore existens ab alienatione quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dictorum Magistratum penitus abstineat, quodque ante quam dictos Magistratus, vel eorum aliquem administrare possit, succedens in Regno hujusmodi Nobis, seu successoribus nostris canonice intrantibus jura omnia solvere teneatur, quæ Magistri pro tempore solvere consueverunt; quibus solutis ex tunc confirmatio, & licentia concessæ sint, & esse censeantur, administracionemque liberè exercere possit. Et ille ex eis, qui ullo unquam tempore (quod absit) à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis canonice intrantis, & Romanæ Ecclesiæ obedientia & devotione se retraxerit, vel contra eam bellum suscepere, aut in ejus damnum, & detrimentum honoris, aut rerum per se, vel alium, seu alios directè vel indirectè machinatus fuerit, hujusmodi gratia privatus existat; præsentesque litteræ nullius sint roboris vel momenti; ipsaque unio eo ipso dissoluta sit; ipsique Magistratus per dissolutionem hujusmodi vacare censeantur, & de illis per Sedem prædictam liberè disponi possit.

8 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ unionis, annexionis, incorporationis, concessionis, prohibitionis, reservationis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotenti Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo tertio, quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri anno primo. C. Hezius.

Y mas abaxo: Viso. W. de En Kermon.

X à la espalda en medio dice: Regis

gistrata apud me T. Hezium. Y à una esquina: A. de Castillo.

Tiene esta Bula un Sello de plomo pendiente de un cordon de seda encarnada, y dorada.

Esta Copia concuerda con su original, que por ahora pára en esta primera Secretaría de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario, con ejercicio, de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIPTURA V.

Bula de Clemente VII. en que refiere muy por menor, y confirma la Gracia concedida por Adriano VI. de la incorporacion de las Ordenes à la Corona.

Mart. I Clemens Episcopus, servus ser-
15.an. vorum Dei. Ad perpetuam
1530. rei memoriam.

Incar. 2 Pastoralis officij cura Nos admo-
1529. net, ut ad ea dirigamus sollicitudinis

nostræ partes, per quæ Catholicorum Regum, & Principum status prospero, & tranquillo regimine gubernetur, illorumque potissimum commoditatibus consulatur, quoruim in rebus agendis, summa prudentia, sublimis auctoritas, celsitudo regia, singularis integritas, & erga Nos, & Apostolicam Sedem constantis fidei, & devotionis sinceritas, aliaque insignia virtutum, & meritorum in nostro, & dictæ Sedis respectu in dies clarere noscantur, & his, quæ propterea à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris provida sunt consideratione concessa, decreta, & ordinata, ne alicujus vitij impugnationi subjaceant, sed votivos sortiantur effectus, Apostolici adjicimus munimini firmatatem, & aliás desuper providemus, prout eorundem Principum vota depositunt, & Nos rerum qualitatibus benè pensatis in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè felicis recordationis Adrianus Papa VI. prædecessor noster grandibus, & magni momenti causis motus, Sancti Jacobi de Spatha, ac de Calatrava, & Alcantara Sancti Augustini, & Cisterciensis

Ordinum Militiarum Magistratus in Castellæ, & Legionis Regnis consistentes, quorum omnium qualitates, nec non verum illorum, ac Coronæ Regiæ dictorum Regnorum veros annuos valores pro expressis habens, eidem Coronæ Regiæ, etiamsi Corona ipsa aliquo tempore ad mulierem spectaret, cum omnibus præminentijs, jurisdictionibus, facultatibus, redditibus, juribus, obventionibus, & pertinentijs suis universis de Venerabilium fratrum nostrorum, tunc suorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium matura deliberatione, ac de illorum consilio & assensu Apostolica auctoritate perpetuò univit, annexuit, & incorporavit: ita quod jus administrandi dictos Magistratus, sive in virum, sive in mulierem cum Corona transiret: liceretque charissimo in Christo filio nostro Carolo Imperatori semper Augusto dictorum Regorum Regi, & eorundem Magistratum perpetuo Administratori per Sedem Apostolicam deputato, se Magistrum, mulieri vero Administratricem nominare, & omnia, quæ ipsi Magistri, qui pro tempore essent, facere, & exercere consueverunt, facere, & exercere, ac Commendas, & Præceptorias, ac alia Beneficia Militiarum hujusmodi personis idoneis conferre in omnibus & per omnia, ac si unio hujusmodi quoad præmissa minimè facta fuisset: ac dictorum Magistratum possessione propria auctoritate liberè continuare, seu illam sibi de novo, & Regi Castellæ pro tempore existenti, etiam propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere; illorum fructus, redditus, & proventus in suos, & Magistratus hujusmodi usus, ad quos deputati erunt, & in quibus converti consueverunt, & utilitatem convertere; Dioecesanorum locorum, & aliorum licentia, seu consensu minimè requisitis. Quodque dictus Carolus Imperator & Rex, ejusque successores Castellæ, & Legionis Reges pro tempore existentes, quæ spiritualia concernerent, per personas dictarum Militiarum Religiosas per ipsos Reges pro tempore existentes ad id deputandas, ad eorum nutum amovibiles, probè & laudabiliter exerceri facere de-

berent, & tenerentur: quibus sic pro tempore deputatis personis gerendi, faciendi, mandandi, ordinandi, exercendi, exequendi, & disponendi, ac omnia & singula, quæ dictarum Militiarum Magistri pro tempore existentes de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, gerere, exercere, mandare, disponere, & exequi poterant & consueverant, auctoritate Apostolica prædicta plenam, liberam, & omnimodam facultatem concessit. Et ne in præjudicium dictæ unionis per Milites, seu fratres dictorum Ordinum aliquid de facto per viam electionis, vel postulationis, seu alias, decedente Rege, vel Regina, qui dictos Ordines administraret, tentaretur, abstulit ab eis omne jus, ac potestatem eligendi, postulandi, vel de novo Administratore & perpetuo providendi: ac sub excommunicationis, & privationis Præceptoriarum, & aliorum Beneficiorum, quæ obtinebant, inhabilitatisque illa imposterum obtinendi poenis, omnibus & singulis prohibuit, ne eligerent, postularent, vel de eligendo, aut postulando tractarent: quas post nas eos voluit ipso facto incurrere: absolutionem sibi, & successoribus suis Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter reservans, prout in litteris dicti Adriani, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum inferentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, pleniùs continentur.

3 Cùm autem certam in Dominio fiduciam obtineamus, quod præfatus Carolus Imperator progenitorum, & majorum suorum glorioſa vestigia imitando, fide & devotione solitis erga Nos, & dictam Sedem clarevit, non menque suum immortalitati dicavit, operæ pretium existimamus, celsitudinem suam nedum similibus, quibus dictus Adrianus prædecessor eundem Carolum Imperatorem decoravit, sed longè præstantioribus gratijs & privilegijs illustrare, ex præmissis igitur, & alijs rationabilibus causis animum nostrum moventibus induci, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, litteras prædictas, ac prout eas concernunt omnia & singula in eis contenta,


prædicta Apostolica auctoritate approbamus, & innovamus, eisque robur Apostolicae confirmationis adjicimus: supplemusque omnes & singulos, tamen juris, quan facti defectus, siqui forsitan intervenerint in eisdem, illaque inviolabiliter observari debere: sicutque per quoscumque, tamen ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Judices, & personas, etiam Sacri Palatij Causarum Auditores, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, cognoscendi, & decidendi facultate; necnon irritum & inane quidquid super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate præfata tenore præsentium decernimus, atque mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ idem Adrianus prædecessor in dictis suis litteris voluit non obstat, ceterisque contrarijs quibuscumque.

4 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, suppletionis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Bononiae anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo nono, Idibus Martij, Pontificatus nostri anno septimo.

Y por fuera dice: Registrata in Camera Apostolica. Risiis. Y en la esquina: B. Motta.

Tiene esta Bula su Sello de plomo pendiente de un cordón de seda encarnada, y dorada.

Esta Copia concuerda con su original, que por ahora párá en esta primera Secretaría de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario, con ejercicio, de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro a siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Ghindurza.



SCRIP.

SCRIPTURA VI.

Breve de Clemente VII. para que el Señor Carlos V. pueda disponer por diez años de todos los Frutos, y Rentas de las Mesas de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara.

Sept. 1 Clemens Papa VII. Charissime
9. an. in Christo fili noster, salutem,
1529. & Apostolicam benedictionem.

2 Præstantissimæ tuae & in omne genere laudis eximiæ, excellentesque virtutes, & animi dotes, quibus ut rerum omnium Opifici & Moderatori Deo, ita & Sponsæ ejus Ecclesiæ, Sedique te gratum, acceptumque reddidisti, Nos alliciunt & inducunt, ut petitio-nes tuas, & præsertim in quibus, & sa-lus animarum continetur, & justitia, quæ in reddendo unicuique quod ei jure debetur, præcipuè locum habet, integrè inviolabiterque servetur, be-nigna mente audiamus, & quantum ex alto Nobis conceditur, propensissimè admittamus. Nuper ex Consiliario, & apud Nos Oratore tuo dilecto filio Michaeli Maij tuo Nobis nomine exposi-tum est, quod cum Majestas tua men-te, cogitationeque revolat, postquam ad fastigium regiæ celsitudinis pervenit, quantum debitorum, ærisque alieni conflaverit, ut videlicèt pro tuorum Hispaniarum Regnorum tutela & de-fensione, terra, marique exercitum, & classem instrueres, ob quæ onera sub-eunda non modo pecunias aliundè mu-tuo erogare, sed etiam redditus per-pe-tuos, aliaque bona immobilia ad tuum patrimonium spectantia, partim liberè vendere, partim oppignerare fueris co-actus; capropter tecum ipse cogitasti, fructus, redditus, & proventus Men-sarum tuarum Magistralium Sancti Ja-cobi de Spatha, & de Calatrava, ac Al-cantara Sancti Augustini, & Cistercien-sis Ordinis Militiarum, quarum per-pe-tuus Administrator per Sedem Aposto-licam deputatus existis, ad eum usum convertere, debitum tamen, & consue-tis ipsarum Mensarum oneribus priùs deductis, ex eo quod superest, & pig-nora reluantur, & creditoribus ipsis satisfiat: & licet tuo jure hæc ipsa fa-cere posses, quo es tamen animi can-dore, ne te aliqua conscientiæ labecu-

la conspergat, per Sedem Apostolicam ad id ipsum agendum, jus & faculta-tem tibi concedi postulas.

3 Nos itaque tuis in hac parte sup-plicationibus inclinati, omnes fructus, redditus, & proventus Mensarum hu-jusmodi ad decennium à die obitus tui computandum, ipsarum Mensarum debitis & consuetis supportatis one-ribus, in pignorum reluctionem, & creditorum satisfactionem convertendi auctoritate Apostolica tenore præ-sentium facultatem concedimus, pari-ter & indulgemus.

4 Non obstantibus Constitutioni-bus, & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, necnon stabilimentis, usibus, & naturis dicta-rum Militiarum, juramento, confirma-tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, in-dultis, & litteris Apostolicis dictis Mi-litijs per Sedem prædictam forsàn con-cessis: quibus etiam si ad illorum de-rogationem de illis, corumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quævis alia ex-pressio habenda, aut aliqua alia ex-quisita forma servanda esset, illorum tenores pro sufficienter insertis, & ex-pressis habentes, illis alijs in suo ro-bo-re permanuris, hac vice duntaxat spe-cialiter & expresse derogamus, cæ-terisque contrarijs quibuscumque. Da-tum Roma apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die VIII. Septem-bris MDXXIX. Pontificatus nostri anno sexto. Evangelista.

Y por fuera dice: Charissimo in Christo filio nostro Carolo Romano-rum, & Hispaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo.

Este Breve no tiene Sello, pero hay señales de haberlo tenido de cera encar-nada.

Esta Copia concuerda con su origi-nal, que por ahora pára en esta primera Secretaría de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secreta-rio, con ejercicio, de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIP.

SCRIPTURA VII.

Bula de Paulo III. para que el Señor Carlos V. pueda dividir las Encomiendas de mucha renta, conforme vayan vando, en las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara.

- Jan. 1 P aulus Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
- 12.an. 2 Praeclara devotionis sinceritas, & eximia fidei constantia, ac zelus, quibus charissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum Imperator semper Augustus, in nostro, ac Sedis Apostolicæ conspectu in dies magis clarere dignoscitur, Nos excitant ad ea sibi committenda, per quæ Religiones, & ipsarum personæ recipient incrementum. Sanè nuper per dilectum filium Nobilem Virum Ferdinandum de Silva, Comitem de Cifuentes, dicti Caroli Imperatoris apud Nos Oratorem, Nobis ejusdem Caroli nomine oblata petitio continebat, quod dictus Carolus Imperator, qui Sancti Jacobi de Spatha, & de Alcantara, ac de Calatrava Sancti Augustini, & Cisterciensis Ordinum Militiarum, quarum perpetuus Administrator in spiritualibus, & temporalibus per Sedem Apostolicam deputatus existit, considerat, quod in ipsis Militijs, quæ in Regnis Hispaniarum, quorum idem Carolus Imperator, etiam Catholicus Rex existit, fundatae & institutæ sunt, quæ plures existunt Praeceptoriae, quarum singularum fructus, redditus, & proventus adeo benedicente Domino excreverant, quod pro congrua duorum, seu plurium Praeceptorum, seu Militum earum Militiarum sustentatione suppeterent; & si ipsarum fructus, redditus, & proventus, cum primum ipsas Praeceptorias per modernorum ipsarum Praeceptorum decepsum vacare contigerit, in duas, vel plures partes dividerentur, separarentur, & dismembrarentur, & ex ipsis fructibus, redditibus, & proventibus alias Praeceptoriae de novo ergerentur & instituerentur, profectò dictarum Militiarum propagationi, & fideli Christianæ, ad quam ab Infidelibus tuendam Militiæ ipsæ potissimum insti-

tutæ fuerunt, exaltationi consuleretur. Quare Ferdinandus Comes & Orator præfatus, ejusdem Caroli Imperatoris nomine Nobis humiliter supplicavit, ut dicto Carolo Imperatori Praeceptoriarum prædictarum fructus, redditus, & proventus, cum primum, ut praferatur, ipsas Praeceptorias vacare contigerit, dividendi, separandi, & dismembrandi, ac ex singulis ex eis duas, vel plures Praeceptorias perpetuò erigendi, & postquam erectæ fuerint, pro illarum dote earum fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum partem, quæ eidem Carolo Imperatori, & Administratori præfato videbitur, eis assignandi, ac de Praeceptoris hujusmodi ab earum primæva erectione vacantibus, fratribus Militibus earundem Militiarum, prout de alijs jam erectis Praeceptoris facere idem Carolus Imperator, & Administrator præfatus potest, providendi, licentiam & facultatem concedere, alijsque ipsarum Militiarum profectui & augmento, ac felici successu opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos igitur dictarum Militiarum prosperum statum, ac augmentum, & Ministrorum, qui tanquam viriles Athletæ pro præfata Christiana Religione pugnant, multiplicationem paterno zelantes affectu, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Carolo Imperatori, & Administratori præfato, occurrente pro tempore vacatione aliquarum Praeceptoriarum Militiarum prædictarum, quarum singularum fructus, redditus, & proventus pro sustentatione duorum, vel plurium Praeceptorum, seu Militum earundem Militiarum sufficere videbuntur, fructus, redditus, & proventus talium singularum Praeceptoriarum in duas, vel plures partes, prout eidem Carolo Imperatori, & Administratori præfato videbitur, dividendi, separandi, & dismembrandi, ac ex illis duas, vel plures Praeceptorias earundem Militiarum ejusdem Militiæ, cuius illæ fuerint, quartum fructus, redditus, & proventus, ut præfertur, divisi, separati, & dismembrati fuerint, de novo erigendi; necnon illis pro illarum dote tam dictorum divisorum, separatorum, & dismembratorum fructuum,

red-

reddituum, & proventuum partem, quæ eidem Carolo Imperatori & Administratori prædicto videbitur; dummodo ad sustentationem unius Præceptoris sufficiens sit, perpetiò applicandi, & appropriandi: ipsasque sic de novo erectas & dotaras Præceptorias, tam prima vice ab earum primæva erectione, quam ex tunc deinceps, quotiens illas pro tempore vacare contigerit, personis idoneis, de quibus eidem Carolo Imperatori & Administratori præfato similiter videbitur, prout de alijs Præceptoris prædictis, ut præfertur, facere potest, conferendi, & de illis etiam providendi, omniaque & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, plenam & liberaam auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam, auctoritatem, & facultatem concedimus. Decernentes divisiones, separaciones, dismembrationes, erectiones, & institutiones prædictas, juxta tenorem præsentium ritè faciendas, validas & efficaces fore, & perpetui roboris firmitate subsistere: sique per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditores, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & diffiniri debere: ac irritum & inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

4 Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Hispalensi, & Burgensi, ac Palentinensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quantum ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alias, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte ejusdem Caroli Imperatoris & Administratoris præfati desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac sibi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant dictum Carolum Imperatorem & Administratorem facultate hujusmodi pacifice gaudere, non permittentes eum per quoscumque desuper quomodolibet

impediri, molestari, seu perturbari: Contradictores, molestatores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

5 Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Cancellariæ Apostolicae regulis, necnon dictarum Militiarum jamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegijs quoque, indultis, ac litteris Apostolicis eisdem Militijs, & eorum Præceptoribus, Militibus, & fratribus prædictis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & de certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, aut etiam consistorialiter, & ex quibusvis causis, ac quavis consideratione, etiam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam forsà per Nos, & Sedem prædictam, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, etiam quantumcumque longissimo etiam immemorabili tempore observatis, etiam si in eis caveatur expresse, quod fructus, redditus, & proventus Præceptoriarum hujusmodi Militiarum, non nisi in Capitulis generalibus de consensu Præceptorum, Militum, vel fratrum dividi, separari, seu dismembrari possint, & illarum divisiones, separaciones, & dismembrationes, etiam per Romanum Pontificem, seu alios de ejus licentia pro tempore factæ nullius existant roboris vel momenti. Quibus etiam si pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa mentio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo labore permansuris, hac vice duntaxat spe.

cialiter & expressè derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus, & decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

6 Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis, mandati, derogationis, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quarto, Pridie Idus Januarij, Pontificatus nostri anno primo. Blosius.

T por fuera dice al medio: Registrata apud Secretarium Blosium. T en una esquina: B. Motta.

Tiene esta Bula su Sello de plomo pendiente de un cordón de seda encarnada, y dorada.

Esta Copia concuerda con su original, que por ahora pára en esta primera Secretaría de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario, con ejercicio de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIPTURA VIII.

Breve de Paulo III. en que confirma la Gracia de Clemente VII. concedida al Señor Carlos V. por diez años, de los frutos de las Mesas de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara.

April. 1 April. 1 **P**AULUS PAPA III. Charissime in Christo fili noster, salutem, & 5. an. 1535. Apostolicam benedictionem.

2 Exposuit nuper Nobis Majestatis tuæ nomine dilectus filius Nobilis Vir Ferdinandus de Silva, Comes de Cifuentes, ejusdem Majestatis tuæ apud Nos Orator, quod alias felicis recordationis Clemens Papa VII. prædecessor noster, ex nonnullis legitimis causis, tibi, qui etiam Hispaniarum Rex Catholicus existis, omnes fructus, redditus, & proventus Mensarum Magistrorum Sancti Jacobi de Spatha, ac de

Alcantara, & Calatrava Sancti Augustini, & Cisterciensis Ordinum Militarium, quarum Administrator per Sedem Apostolicam deputatus existis, ad certum tempus, ipsarum Mensarum debitum & consuetis supportatis oneribus, in pignorum recuperationem, & creditorum satisfactionem converendi, facultatem concessit, pariter & indulxit, prout in litteris ejusdem prædecessoris sub datum nona Septembbris, Pontificatus sui anno sexto, in forma Brevis confessis litteris plenius continetur. Quare Ferdinandus Comes, & Orator præfatus afferens, eandem Majestatem tuæ cupere litteras prædictas, pro illarum subsistentia firmiori Apostolicæ confirmationis munimine roborari, Nobis humiliter ejusdem Majestatis tuæ nomine supplicavit, ut pro majori cautela litteras prædictas approbare, & confirmare, aliásque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

3 Nos itaque tuis per dictum Ferdinandum Comitem, & Oratorem, ut præfertur, Nobis porrectis supplicationibus inclinati, litteras prædictas, quartum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, ac prout eas concernunt omnia & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate per præsentes approbamus, & confirmamus, illisque robur Apostolicæ confirmationis adjicimus, illaque inviolabiliter observari debere: sicque per quoscumque Judices, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, seu Sacri Palatij Apostolici Causarum Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet qualibet alia judicandi, seu interpretandi facultate, judicari, & interpretari debere: ac irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

4 Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ dictus prædecessor in dictis litteris voluit non obstat, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die V. Aprilis MDXXXV. Pontificatus nostri anno primo. Blosius.

T por fuera dice : Charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto.

Este Breve no tiene Sello , pero hay señales de haverlo tenido de cera encarnada.

Esta Copia concuerda con su original , que por ahora pára en esta primera Secretaría de Estado , y del Despacho , de que de orden de S. M. y como su Secretario , con ejercicio de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIPTURA IX.

Bula de Paulo III. en que concede al Señor Carlos V. pueda enagenar de bienes raíces de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara hasta 400 ducados para fundar Conventos de dichas Ordenes. Vide fol. 614. 620. 627. & 633.

Aug. 1 Paurus Episcopus , servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

2 Circa Pastoralis officij curam Nobis desuper , meritis licet imparibus , commissam , quantum Nobis ex alto permittitur , intendentes , ad ea nostræ mentis oculos vigilanter reflectimus , per quæ loca fidelium ab infidelium rapinis , incursionibus , & depopulationibus libera conserventur , & quæ propertere à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris Catholicis ac de Apostolica Sede benemeritis Regibus provida sunt consideratione concessa , decreta , & ordinata , ne alicujus vitij impugnationi subjaceant , sed votivos sortiantur effectus , libenter approbamus , & innovamus , ac aliás desuper providemus , prout eorundem Priacipum vota depositunt , & Nos , rerum qualitatibus diligenter pensatis , id in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem , cùm felicis recordationis Clementi Papæ VII. prædecessori nostro per dilectos filios Ludovicum de Prato , & Michaelem Majum charissimi in Christo filij nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti , tunc in Imperatorem electi , ac

etiam tunc Hispaniarum Regini Catholici Consiliarios , & tunc apud ipsum Clementem prædecessorem Oratores , ejusdem Caroli Imperatoris & Regis nomine declaratum & explicatum fuisset : quod postquam Granatae Regnum octingentos per annos ab infidelibus occupatum , per claræ memoriae Ferdinandum , & Elisabeth Hispaniarum Reges maximis cum impensis , & sanguinis nobilium effusione recuperatum fuerat , ex conditionibus & pactis tunc initis , plurimi Saraceni dicti Regni oram Africæ trajecerunt , ac se Piratis infidelium associarunt , & illorum orarum , & litorum periti , Christianos invadere , maritimaque loca diripere , ac fideles ipsos in servitutem redigere , & maximo pretio redimere continuò non cesabant : in tantumque eorum præda , & aucupium creverat , quod infidelium Magnates , & Reges turpisimum illud prædæ genus sectantes , annis tunc proximè elapsis , Navigiorum , & Biremium classe tribus millibus , & ultra hominibus armatis instructa , octingentos Christi fideles , & eo amplius in miseram captivitatem adduxerunt , & plures , qui in præsidio maritimo erant , interfecerunt ; adeò quod neque præsidia dicti Regni Granatae ad illius litora , ac portus in Africa existentes præfato Carolo Imperatori & Regi subjectos custodiendum suppeterant. Unde tunc præfatus Carolus Imperator & Rex mente revolvens , quod tempore , quo Saraceni nedum Castellæ , & Legionis Regna , sed universam ferè Hispaniam ob Christi fidelium (ut credebatur) demerita occupaverant , paucis in eisdem Regnis Christianis relicts , qui se ad loca natura munitissima receperant , ex eisdemque locis paulatim terras & loca dictorum Regnorum recuperantes , ad debellandum fidei hostes , Sancti Jacobi de Spatha , & de Alcantara , ac de Calatrava Milicias tunc fundarunt , & instituerunt , ut firma quedam , & valida præsidia essent , illarumque Milites pro strenua eorum virtute loca per infideles occupata recuperaverant : ac propter eorum præclara gesta , quæ contra infideles ipsos quotidiè in recuperatione dictorum locorum faciebant , Reges Castellæ , & Legionis Regnorum

KKKKK 2

plus

plures Civitates , Oppida , Loca , & Provincias eisdem Miliaribus donabant. Et sicut Milites ipsi terras,& loca recuperabant , ita erant à dictis Regibus in eisdem donati & præmiati , quousque Regnum Granatæ debellatum fuerat, ubi Milites ipsi præsidium erant,& quotidie manus cum Saracenis confreabant , & sic in hoc sanctissimo bello se assidue exercentes , proventus suos in id exponebant, & morti se opponere non dubitabant. Ac quilibet earundem Militiarum Præceptor , non solum ad pugnandum personaliter , & verum etiam , ut ejus erat valor Præceptoriae , Equites emittere tenebatur : sed ex pugnato præfato Regno Granatæ illud cœssaverat ; propter quod tunc Milites dictæ Militiæ Sancti Jacobi in illius ultimo tunc generali Capitulo huic negotio provideri debere plurimum practicarunt.

3. Ac propterea , cùm Granatæ Regnum hujusmodi longè à locis in quibus Milites ipsi suos proventus percipiabant distaret , nequibant miseric Christianis in dicti Regni Granatæ litorie ab infidelibus captis , & in miseram servitudinem in Africam deportatis opem ferre ; eratque formidandum , ne plerique cùm essent novelli ejusdem Regni Granatæ Christiani fidem abnegarent : itaque dictum Carolum Imperatorem & Regem ad Piratarum infideliū prædis dicti Regni Granatæ occurrerendum , Saracenorumque invasiones propulsandum , desiderare , pro ipsius Regni Granatæ defensione , inibi aliquos Conventus construi & ædificari: Ac quod idem Carolus Imperator & Rex ob eam , quam erga Christianam Religionem propensam habebat voluntatem , id nullo magis faciliori modo fieri posse cogitabat , quam si aliqua bona immobilia , etiam Oppida , Fortalitia , & Loca , ac Vassallorum jurisdictiones , seu nemora , saltus , & pascua ad Mensas Magistrales dictarum Militiarum , ac earundem Magistratus , qui per piæ memoriae Adrianum Papam VI. prædecessorem nostrum Coronæ Regiæ Castellæ , & Legionis Regnorum hujusmodi perpetuo uniti fuerant , & quarum dictus Carolus Imperator & Rex Castellæ , & Legionis Regnorum

pro tempore existens perpetuus Administrator existebat , ac Præceptoriarum earundem Militiarum , quorum omnium bonorum fructus , redditus , & proventus ad valorem quadraginta millium ducatorum auri largorum ascenderent , legitimè spectantia & pertinentia , ab eisdem Mensis , & Præceptorij aequis portionibus , videlicet , viginti millium à Mensis , & aliorum viginti millium ducatorum à Præceptorij hujusmodi per perpetuò dismembrarentur , & separarentur : ac bona ipsa sic dismembrata & separata , ejusdem Caroli Imperatoris , & Regis Castellæ , & Legionis pro tempore existentis propria & libera perpetuò essent , ac si illa sua propria , & justo titulo acquisita esse censerentur ; ita quod de illis quomodolibet , prout de alijs bonis suis proprijs liberè disponere , & facere posset. Ac dictus Carolus Imperator & Rex loco bonorum sic dismembratorum , & quæ sua propria facta essent , tot redditus , & proventus super dicti Regni Granatæ , & Africæ vestigalibus & gavellis , ac alijs redditibus ex ejusdem Regni Granatæ , & Africæ Civitatibus , & Locis dicto Carolo Imperatori , & Regi subjectis provenientes , qui non solum ad summam quadraginta millium ducatorum similium ascenderent , verum etiam cum nemora , & pascua , & alia bona Mensarum , & Præceptoriarum hujusmodi illorum fructus olim minoris valoris fuissent , quam tunc existerent , propter longam , videlicet , quinquaginta annorum in Castellæ , & Legionis Regnis continuam pacem , illorum fructus hujusmodi plurimum excrevissent : Et licet contingere posset fructus ipsos propter annorum sterilitatem , seu bellorum tumultum , aut pestem , vel aliam calamitatem ad minorem summam reduci , pro ipsius Caroli Imperatoris conscientiæ serenitate , alios quinque mille ducatos similes super eisdem vestigalibus & gavellis , ac alijs redditibus Regnorum Granatæ , & Africæ hujusmodi ita perpetuò assignari , ut fructuum ipsorum libera administratio ad eundem Carolum Imperatorem , & Regem Castellæ , & Legionis Regnorum prædictorum pro tempore existentem perpetuò pertineret , & illos in Regni

Gra-

Granatæ, & Africæ hujusmodi, ac fidei, & fidelium defensionem, & infidelium offensionem, & in Domorum, Arcium, & Conventuum Granatæ, & Africæ locorum constructionem, pro tytonibus, seu novellis Militibus, qui in illis habitum recipere, & professionem emittere, ac approbationes & residentias, ac alia, quæ in Conventibus & locis earundem Militiarum ad hoc ordinatis fieri consueverant, facere tenerentur (Conventibus tamen antiquis in suo robore permanens) perpetuò converti, & exponi deberent: in ipsisque erigendis Domibus, & Conventibus, Ministri, ac Religiosi, & fratres Milites dictarum Militiarum ponи; & ex eisdem fructibus, ac redditibus Ecclesiae etiam construi; & pro Ministrorum, ac Religiosorum, & fratrum Militum in eis Divinis servitijs deservientium sustentatione, & illorum fabrica dotari; numerusque Militum, & Praeceptorum, qui Regni Granatæ, & Africæ, ac fidei, & fidelium defensioni, & infidelium offensioni assisterent, per dictum Carolum Imperatorem & Regem taxari; regulasque & stabilimenta de consilio & assensu Terdecim nuncupatorum, & in Capitulo ordinari; aliaque in præmissis necessaria & opportuna fieri possent, & deberent.

4 Præfatus Clemens prædecessor supplicationibus dicti Caroli Imperatoris & Regis annuens, eidem Carolo Imperatori & Regi quocumque juramentum de non alienandis bonis Mensarum Magistralium, & Praeceptoriarum dictæ Militiæ quomodolibet, & cum quacumque solemnitate per eundem Carolum Imperatorem & Regem præstitum, quoad effectum hujusmodi relaxans, præfato Carolo Imperatori & Regi aliqua Oppida, Arces, Fortalitia, Vassallorum jurisdictiones, seu nemora, saltus, & pascua, ac alia bona immobilia, tam ad Mensas suas Magistrales, quam Praeceptorias Militiarum hujusmodi legitimè spectantia, quorum fructus, redditus, & proventus ad valorem quadraginta millium ducatorum hujusmodi ascenderent, videlicet, viginti millia à Mensis Magistralibus, reliqua vero viginti millia ducatorum hujusmodi à Praeceptoris prædictis, &

earum qualibet, juxta suam deliberationem & determinationem perpetuò dismembrandi, & separandi; ipsaque bona dismembrata eidem Carolo Imperatori appropriandi, & sine consensu Capitulorum Militiarum hujusmodi illorum fructus ex tunc de consensu Praeceptorum Praeceptoriarum, à quibus bona ipsa dismembrata & separata fuissent, percipiendi, alioquin cedentibus, vel decedentibus ipsarum Praeceptoriarum tunc Praeceptoribus; ac quod de bonis ipsis dismembratis, tanquam de alijs suis bonis proprijs liberè disponendi & faciendi, & in quocumque, quocumque titulo, etiam donationis, vel venditionis, cum Vassallis, ac jurisdictione, omnibusque alijs juribus, & pertinentijs suis transferendi: ita quod jurisdictione locorum, quæ concessionis hujusmodi vigore cum Vassallis, & jurisdictionibus dismembrata extiterint, ad ipsum Carolum Imperatorem & Regem, seu personas, in quas hujusmodi loca transferri congereret, seu territorium, aut districtum, cui ipse Carolus Imperator & Rex, vel personæ per eum deputandæ velent applicare, pertineret; illique, in quos bona dismembrata, & dicto Carolo Imperatori applicata, & per ipsum translata fuissent, nullo unquam tempore molestari possent, ac si illa eis per dictum Clementem prædecessorem, & Sedem prædictam concessa fuissent, perpetuò retinendi; ipsique Carolo Imperatori & Regi tot alios redditus, & proventus super dicti Regni Granatæ, & Africae vectigalibus, seu gavellis, aut alijs redditibus ex ejusdem Regni Granatæ, & Africæ Civitatibus, & Loci sibi subjectis, usque ad summam quadraginta quinque millium ducatorum similium provenientes, pro fidei, ac Regni Africæ, & fidelium defensione, ac infidelium offensione, ita perpetuò assignandi, quod illorum perpetua administratio ad ipsum Carolum Imperatorem & Regem, ac Regem Castellæ pro tempore existentem in fidei, ac Regni Granatæ, & Africæ, ac fidelium defensionem, & infidelium offensionem, & de Capitulorum Militiarum hujusmodi consilio, & assensu in Arcium, & Conventuum, ac Locorum Reg-

Regni Granatæ, & Africæ hujusmodi constructione, pro tyronibus, seu novellis Militibus, ut inibi habitum recipere, & professionem emittere, necnon approbationes, & residentias, ac alia, quæ in Conventibus, & Locis dictarum Militiarum ad hoc ordinatis fieri consueverant, facere deberent, & tene-rentur (Conventibus tamen antiquis in suo robore permanens) & non in alias usus perpetuò convertendi; in ipsisque erigendis Domibus, & Conventibus Ministros, ac Religiosos, & fratres Milites Militiarum prædictarum ponendi; numerumque Militum, & Præceptorum, qui Regni Granatæ, & Africæ, ac fideliū defensioni, & infideliū offensioni assistere tenerentur, statuen-di, & determinandi; regulasque, & sta-bilimenta de consilio & assensu Terde-cim nuncupatorum, & in Capitulo condendi; ac etiam ex fructibus, & pro-ventibus hujusmodi etiam Ecclesias construi faciendi; illasque pro illo-rum, ac Ministrorum, & Religiosorum, necnon fratum Militum sustentatione dotandi; aliaque in præmissis, & circa præmissa, quæ eidem Carolo Imperatori, & Regi visa fuissent necessaria, seu quomodolibet op portuna faciendi, ordi-nandi, providendi, mandan di, & exequendi, plenam & liberam auctoritatē, licentiam & facultatem per suas litteras concessit.

5 Necnon motu proprio, & ex sua mera liberalitate, ac ex certa scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, omnia & singula, quæ per dictum Carolum Imperatorem, & Regem vi-gore litterarum earundem, ac facultati-
s & licentiæ per illas sibi concessarum fierent, ex tuhc prout cùm per ipsum Carolum Imperatorem & Regem facta forent, approbavit, & confirmavit, illaque perpetuò inviolabiliter observari voluit, ac mandavit. Supplens omnes & singulos, tam juris, quam facti de-fectus, si qui forsàn intervenirent in eisdem, præsertim si in bonorum à Mensarum & Præceptoriarum hujusmodi dismembratione, tractatus, & causarum cognitiones, ac Capitulorum & Militiarum hujusmodi consensus, ac aliae juris solemnirates in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum adhiberi so-

litæ, & quæ intervenire consueverunt, non intervenirent: cùm præmissa pro fidei, ac fideliū defensione, & infide-liū offensione gesta fuissent.

6 Et quoniam forsà Oppida, For-talitia, Arces, ac Vassallorum juris dic-tiones, & alia bona à Mensis & Præ-cep-torijs hujusmodi dismembrata, li-cet essent ejusdem redditus, quorum erant fructus, redditus, & proventus vectigalium, & gavellarum pro fidei, & locorum Regni Granatæ, & Africæ hujusmodi defensione, perpetuò assig-nati, quia tamen majoris aestimationis, & valoris, ac pretij essent, si vendi de-berent, id totum quod plus valerent, & vendi possent bona dismembrata hu-jusmodi, dummodo illorum ad quadra-ginta millium ducatorum, & prorrata hujusmodi fructus ascenderent, scien-tia & potestate similibus eidem Carolo Imperatori, & Regi liberaliter dona-vit. Et quia tempore succedente posset dubitari, an existimatio reddituum dictorum bonorum dismembratorum, & aliorum in commutationem eorum-dem bonorum per ipsum Carolum Im-peratorem, & Regem concedendorum per ipsum facienda, majoris aut mino-ris esset valoris, ad omne ambiguitati-dubium è medio tollendum decre-vit, & declaravit, quod valor reddi-tuum quorumque bonorum hujusmodi dismembratorum, & aliórum in eorum commutationem per dictum Carolum Imperatorem, & Regem concedendo-rum, quantumque calificatorum, & magni valoris per ipsum Carolum Im-peratorem, & Regem existimari pos-sint, juxta taxationem & computatio-nem contractuum celebratorum ab Ar-rendatoribus, seu Conduktoribus, qui tunc, aut quinque proximè annis elap-sis bona hujusmodi arrendaverant, seu conduxerant: quæ quidem existimatio per præfatum Carolum Imperatorem, & Regem facienda, absque aliqua tela judicaria, sine strepitu & figura judi-cij, sua sola informatione & relatione, pro vera & indubitata taxatione & va-lore dictorum bonorum, tam ex parte sua, & successorum suorum, quam illo-rum, in quos hujusmodi bona translata extitissent; necnon Ordinum, & Mili-tiarum prædictorum, suorumque suc-ces-

cessorum haberi , judicari , & teneri tunc & in perpetuum voluit : necnon dismembratio , & commutatio prædictæ usque ad prædictam summam quadraginta millia ducatorum per Carolum Imperatorem , & Regem præfatum simul vel seorsum , aut semel seu pluries quoties sibi libuisset , contribuendo prorrata melioramentorum dictorum quinque millium ducatorum , etiam si Conventus , Arces , seu Domus hujusmodi pro novellis tyronibus errecti non fuissent , & in ipsis Conventibus Religiosi , aut fratres Milites positi minimè extitissent , fieri posset : decernens easdem litteras ex quavis causa de subreptionis , aut nullitatis vitio , seu intentionis defectu notari non posse , sed validas & efficaces existere : sicutque per quoscumque Judices , etiam Commissarios , etiam nostri Palatij Apostolici Auditores , aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales , sublata eis aliter judicandi & interpretandi facultate , judicari , sententiari & diffiniri debere ; irritumque & inane decrevit , quidquid secus super his à quoquam , quavis auctoritate scienter , vel ignoranter etiam per ipsum Clementem prædecessorem contigisset attentari , certis desuper Executoribus deputatis , prout in eisdem litteris plenius continetur .

7 Cùm autem , sicut accepimus , antequam dictæ litteræ per præfatum Carolum Imperatorem & Regem executioni demandatae fuissent , idem Clemens prædecessor , sicut Domino placuit , ab hac luce subtractus fuerit : Nos præfati Caroli Imperatoris & Regis , cuius sublimis auctoritas , celsitudo regia , ac erga Nos , & Apostolicam Sedem constantis fidei , & dovolutionis sinceritas in nostro , & dictæ Sedis conspectu per amplius in dies clarere noscuntur , honestis desiderijs , quantum cum Deo possimus , ac celsitudinem suam nedum similibus , quibus dictus Clemens prædecessor eundem Carolum Imperatorem & Regem decoravit , sed majoribus gratijs , & privilegijs illustrare volentes , motu proprio , non ad dicti Caroli Imperatoris , vel alterius pro eo Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam , sed ex nostra mera liberalitate , & certa scientia , ac

Apostolicæ potestatis plenitudine , litteras prædictas , quas , ac si dicto Clemente prædecessore adhuc in humanis agente , ad earundem litterarum executionem procedi coeptum fuisset , valere decernimus , cum derogationis , ac omnibus & singulis in eis contentis clausulis , auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus , ac perpetuæ firmitatis robur obtinere , suosque effectus sortiri , ac inviolabiliter observari debere , ipsumque Catolice Imperatorem , & Regem illis liberè uti posse ; necnon omnia & singula , quæ per eum litterarum ipsarum vigore fieri contingit , valida & efficacia existere , & perpetua roboris firmitate subsistere . Sicque per quoscumque Judices , & Commissarios , etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores , ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales , sublata eis aliter judicandi & interpretandi facultate , sententiari & diffiniri debere : necnon quidquid secus super his à quoquam , quavis auctoritate scienter , vel ignoranter etiam per Nos contigerit attentari , irritum & inane decernimus ; supplentes omnes & singulos juris & facti , ac quartumcumque solemnitatum tunc omissarum defectus , si qui forsè intervenerint in eisdem : ac pro potiotis cautelæ suffragio illa omnia & singula præfato Carolo Imperatori , & Regi perpetuò auctoritate & tenore prædictis de novo concedimus .

8 Et insuper charissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabellæ Romanorum Imperatrici semper Augustæ , & Hispaniarum Reginæ Catholicæ , quandiu præfatus Carolus Imperator , & Rex à dictis Hispaniarum Regnis absens extitit , Arces , Fortalitia , & alia Loca Militiarum hujusmodi perpetuò dismembrandi , illaque sibi juxta dictarum litterarum tenorem appropriandi , & in quoscumque perpetuò transferendi , omniaque & singula alia in præfatis litteris contenta faciendi , ordinandi , providendi , mandandi , & exequendi plenam , liberam , & omnimodam eisdem auctoritate & tenore concedimus facultatem .

9 Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , ac omnibus illis , quæ dictus Clemens præde-

decessor in præfatis suis litteris voluit non obstarre , & quæ præsentibus pro repetitis , & totaliter insertis haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

10 Volumus autem , & præfata auctoritate Apostolica decernimus, quod præsentium transumptis manu alicujus publici Notarij subscriptis , & sigillo alicujus Prælati , seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitionis , ea prorsùs fides in omnibus & per omnia adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur , si essent exhibitæ, vel ostensæ.

11 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis , concessionum , decretorum , & voluntatum infringere , vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum , anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo sexto , sexto decimo Kalendas Septembbris , Pontificatus nostri anno secundo. Blosius.

T por fuera dice: Registrata apud Blosium Secretarium. T en una esquina: B. Motta.

Tiene esta Bula su Sello de plomo pendiente de un cordon de seda encarnada , y dorada.

Esta Copia concuerda con su original , que por abora pára en esta primera Secretaria de Estado , y del Despacho , de que de orden de S. M. y como su Secretario , con ejercicio de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Chindurza.

SCRIPTURA X.

Breve de Paulo III. para que la Señora Emperatriz Doña Isabèl pudiese administrar las Ordenes de Santiago , Calatrava , y Alcantara , en la ausencia del Señor Carlos V.

Junij 1 P aulus Papa III. Charissima in
4. an. Christo filia nostra, salutem,
1538. & Apostolicam benedictionem.

2 Exponi Nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum Imperator semper Augustus , quod cum alijs ipse tunc Romanorum Rex in Imperatorem electus , ac etiam Castellæ , & Legionis , aliorumque Hispaniarum Regnum Rex Catholicus existens , ex dictis Regnis discessurus , Majestati tuae , quæ diu ipse ab eisdem Regnis , aut à finibus Castellæ , & Legionis Regnum prædictorum semotis absens existet , curam omnem eorundem Regnum , & administrationem commississet ; hasitareturque , an Majestas tua ex generali commissione curæ , & regiminis hujusmodi de dicti Caroli Imperatoris & Regis , & ratione, Sancti Jacobi de Spatha , & de Calatrava , ac Alcantara Castellæ , & Legionis Regnum Coronae per Sedem Apostolicam perpetuo applicatarum Militiarum subditis te immiscere , jurisdictionem in illos exercere posse : hoc pro ejusdem Caroli Imperatoris & Regis felicis recordationis Clementi Papæ VII. prædecessori nostro exposito , dictus prædecessor habita notitia , quod præfato Carolo Imperatori & Regi , ut per se , vel alias , quos vellet , dictas Militias concernentia spiritualia , videlicet , per Ecclesiasticos , temporalia verò per Sæculares administrare & exercere valeret , per dictam Sedem concessum fuerat , præfati Caroli Imperatoris & Regis supplicationibus inclinatus , Majestati tuae , ut jurisdictionem in ipsos quoque , qui ratione Militiarum hujusmodi præfato Carolo Imperatori & Regi subditi essent , eodem modo , quo ipse Carolus Imperator & Rex faciebat , per prædictarum Militiarum , & Ordinum idoneas & habiles personas , per eos ad illorum , & tuae celsitudinis nutum amobiles administrare , & exercere valeres , prout per dictam Sedem concessum fuerat , plenam per quasdam ejus litteras tribuit , & concessit facultatem , prout in dictis litteris , quas usque ad redditum præfati Caroli Imperatoris & Regis valere voluit , pleniū continetur.

3 Cum autem , sicut eadem exposicio subjungebat , idem Carolus , qui non solùm pro Regnum suorum , sed etiam pro totius Christianitatis interesse

sæpè cogitur à dictis suis Regnis abesse, prout ad præsens, non sine magna sui apud Deum, & homines commendatione abest: Quippè qui ut ad has partes, & ad hunc conventum pro pace inter Christianos Principes celebranda veniret, te conjugé sua amantissima, & dulcissimis vestris liberis relictis, & maritimo itineri se exposuit, cupiat Majestatem tuam jurisdictionem sibi in ejus ratione dictarum Militiarum subditos, ut præfertur, datam semper, dum ipse à dictis Regnis abesset, aut in partibus à finibus Castellæ, & Legionis Regnorum prædictorum semotis existeret, exercere posse: pro parte ipsius Caroli Imperatoris & Regis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteras prædictas ad hoc, ut totiens quotiens ipse à dictis Regnis absens, aut in partibus remotis extiterit, Majetas tua jurisdictionem prædictam in illius ratione dictarum Militiarum subditos exercere posse, extendere, & aliás in præmissis opportunitate providere de benignitate Apostolica dignaremur.

4 Nos igitur attendentes, quod præter id, quod prudentia & alijs virtutibus sexum tuum, ut notum est, non leviter superas, idem Carolus Imperator & Rex nulli confidentius, qui tibi curam hanc demandare potest, dicti Caroli Imperatoris & Regis supplicationibus inclinati, litteras prædictas, quarum continentias & tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, ad hoc, ut totiens quotiens præfatum Carolum Imperatorem & Regem à dictis Regnis, ut præfertur, abesset, seu in partibus à dictis Castellæ, & Legionis Regnis semotis agere contigerit, Majetas tua in subditos Militiarum hujusmodi, codem modo, quo ipse Carolus Imperator & Rex facit, jurisdictionem exercere, spiritualiaque per Ecclesiasticas, sæcularia verò per Sæculares idoneas & habiles earundem Militiarum, & Ordinum personas per eos ad illorum, & tuæ celsitudinis nutum amobiles, aliás juxta ipsarum litterarum tenorem exequi, & exercere valeas, Apostolica auctoritate per præsentes extendimus & ampliamus.

5 Non obstantibus Constitutioni-

bus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus prædecessor in suis litteris voluit non obstare, caracterisque contrarijs quibuscumque. Datum in Domo Sanctæ Crucis extra muros Niciensenos, sub Annulo Piscatoris, die IIII. Junij MDXXXVIII. Pontificatus nostri anno quarto. Fabius Vigil.

X por fuera dice: Charissimæ in Christo filiæ nostræ Elisabeth Romanorum Imperatrici semper Augustæ.

Este Breve no tiene Sello, pero hay señales de haberlo tenido de cera encarnada.

Esta Copia concuerda con su original, que por ahora párá en esta primera Secretaría de Estado, y del Despacho, de que de orden de S. M. y como su Secretario con exercicio de Decretos en ella certifico. En Buen-Retiro à siete de Agosto de mil setecientos cincuenta y siete. Juan de Ghindurza.

SCRIPTURA XI.

Breve de Paulo III. para que el Príncipe Don Phelipe pueda tomar hasta la cantidad de 400. ducados de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara, con orden de su Padre el Señor Carlos V.

1 **D**aulus Papa III. Dilecte fili No-
bilis Vir, salutem, & Aposto-
licam benedictionem. fan.
10. ann.
1548

2 Eximiæ devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobaris, non indignè meretur, ut honori & gloriæ tuæ consulamus. Sanè postquam felicis recordationis Clemens Papa VII. prædecessor noster ex certis causis tunc expressis, charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto, qui etiam Castellæ, & Legionis, ac Aragonum Rex, & Sancti Jacobi de Spatha sub Regula Sancti Augustini, & de Alcantara, ac Calatrava Cisterciensis Ordinis Militiarum perpetuus Administrator in spiritualibus & temporaliibus per Sedem Apostolicam deputatus existit, aliqua Oppida, Arces, Fortalitiae, Vassallorum jurisdictiones, nemora, saltus, & pascua, ac alia bona immobilia, tam ad Mensas Magistrales,

LXXXI quām

quam Praeceptorias dictarum Militiarum legitimè spectantia , quorum fructus , redditus , & proventus ad valorem quadraginta millium ducatorum auri largorum ascenderent , videlicet , viginti millium à Mensis Magistralibus , & aliorum viginti millium ducatorum hujusmodi à Praeceptoribus prædictis , juxta suam deliberationem & determinacionem perpetuò dismembrandi & separandi ; ipsaque bona dismembrata sibi appropriandi , & sine consensu Capitulo rum Militiarum hujusmodi illorum fructus ex tunc de consensu Praeceptorum Praeceptoriarum , à quibus bona ipsa dismembrata & separata forent , percipiendi , alioquin cedentibus vel decedentibus ipsarum Praeceptoriarum Praeceptoribus , ac de bonis ipsis dismembratis , tanquam de alijs bonis suis proprijs liberè disponendi & faciendi , & in quoscumque , quocumque titulo , etiam donationis , vel venditionis , cum vassallis , ac jurisdictione , omnibusque alijs juribus & pertinentijs suis transferendi ; ita quod jurisdiction locorum , quæ concessionis hujusmodi vigore cum vassal lis & jurisdictione dismembrata existarent , ad ipsum Carolum Imperatorem & Regem , seu personas , in quas hujusmodi loca transferri contigeret , seu territorium aut districtum , cui ipse Carolus Imperator & Rex , vel personæ per eum deputandæ vellent applicare , pertineret ; illique , in quos bona dismembrata , & sibi applicata , ac per dictum Carolum Imperatorem & Regem trans lata forent , nullo unquam tempore molestari possent , ac si illa eis per dictum Clementem prædecessorem , & Seden præfatam concessa fuissent perpetuò retinendi ; ipsique Carolo Imperatori & Regi tot alios redditus , & pro ventus super Regni Granatæ , & Africæ vestigalibus seu gavellis , aut alijs redditibus ex ejusdem Regni Granatæ , & Africæ Civitatibus , & locis sibi subjec tis usque ad summam quadraginta quinque millium ducatorum simili um provenientes , pro fidei , ac Regni Granatæ , & Africæ , & fidelium defensio ne , ac infidelium offensione , ita perpetuò assignandi , quod illorum perpetua administratio ad ipsum Carolum Imperatorem & Regem , ac Regem Castellæ pro tempore existentem per-

tineret , plenam & liberam auctorita tem , licentiam , & facultatem inter alia per suas litteras concesserat . Nos litteras præfatas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis , motu proprio , & ex certa scientia , ac de Apostolice potestatis plenitudine per quafdam sub plumbo approbavimus & confirmavimus , ac pro potioris cautelæ suffragio præmissa omnia & singula perpetuò de novo concessimus : & demùm si bonorum hujusmodi fructus decimales & primitiales existerent , præfatum Carolum Imperatorem & Regem illa dismembrare , ac sibi appropriare , ac in quas vellet personas transferre posset , personasque ipsas , successores que eorum ad fructus decimales & primitiales hujusmodi perpetuò obtinen dos & possidendos , capaces , habiles que fore per reliquas in forma Brevis litteras declaravimus , prout in eisdem pleniū continetur .

3 Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat , nobilitas tua propter dicti Caroli Imperatoris & Regis à dictis Regnis absentiam , nonnulla dictarum Militiarum , licet legitimum ac sufficiens ad id ejusdem Caroli Imperatoris & Regis mandatum acceperit , bona dismembraverit , ac eidem Carolo Imperatori & Regi juxta litterarum prædictarum formam & tenorem appropriaverit , & in certas personas transtulerit , tamen ab aliquibus nimium curiosis vertitur in dubium , an id absque expressa dictæ Sedis licentia fieri possit ? Pro parte tua Nobis fuit humiliter supplicatum , ut omnia & singula per nobilitatem tuam haetenus quomodolibet super præmissis acta , gesta , facta , & executa approbare & confirmare , omnesque & singulos , tam juris , quam facti defectus supplere , ac tibi deinceps dicti Caroli Imperatoris & Regis absentia durante , usque ad hujusmodi summam dismembrandi , appropriandi , & transferendi licentiam & facultatem concedere , alijsque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur .

4 Nos itaque nobilitati tuæ de Nobis , & dicta Sede benemeritæ morem gerere volentes , ac bonorum Militiarum hujusmodi per te præmissorum vi gore dismembratorum , appropriato rum ,

rum , & translatorum , situs , confines ,
denominationes , qualitates , & voca-
bula , ac eorum annuos valores præsen-
tibus pro expressis habentes , necnon
omnia & singula super præmissis , &
corum singulis per nobilitatem tuam
quomodolibet juxta tamen formam &
tenorem prædictos , & intra summam
præfatam , ac de ejusdem Caroli Impe-
ratoris & Regis mandato acta , dismem-
brata , appropriata , translata , & ex-
ecuta approbantes & confirmantes , om-
nesque & singulos , tam juris , quam
facti defectus , siqui in eisdem interve-
nerint , supplentes , hujusmodi suppli-
cationibus inclinati , tibi durante dicti
Caroli Imperatoris & Regis à præfatis
Regnis absentia , de illius mandato seu
consensu , usque ad summam præfatam
Militiarum bona hujusmodi , ut præmit-
Ferdinandus V. Rex Catholicus Castellæ , & Dominus de Vizcaia, & de Molina , paëtum super administratione Magistratus cum D. Joanne de Zuñiga facit , p.266. c.1. Confirmatur , p.292. n. 17. Administrator conjunctim cum Elisabeth Regina, p. 281. n. 3. p. 286. n. 6. & seq. p. 290. n.14. p.610. n. 4. & 5. p. 769. c.1. Recuperavit Regnum Granatæ octingentos per annos à Mauris occupatum , p.634. c.1.

Fernandus Didaci Magister Militiæ Templi , p.23. c.2.

Ferdinandus Rex Portugalliae omnia bona in Regno suo existentia confirmat , p.175. c.2.

Ferdinandus Infans confirmat privilegium Patris sui D. Ildefonsi super libero transitu pecorum Ordinis , p. 113. c.1.

Fernan Paez VIII. Magistrum Ordinis, p.115. c.2. n.4.

Fernan Perez IX. Magister Ordinis , p. 122. n.2.

Ferdinandus de Vega Commendator major S. Jacobi conventionem facit super bona à D. Nicolao de Ovando relicta , p. 335. & seq. Cautiōnem circa hoc dare licet , p. 343. n. 1. & 2. Obligatur ad emptionem quorundam bonorum Conventui , p. 345. n. 5. Confirmatur Concordia , p.346. & 371.

Ferdinandus de Sandoval Procurator generalis Ordinis Calatravæ , p.646. c. 2.

Ferdinandus VI. Rex , & Ordinis VIII. Administrator , potest concordare extrajudicialiter lites , & controversias inter Prælatos Ecclesiasticos , & Ordines Militares , p.694. c.1.

Fer-

- Ferrariam cum suis pertinentiis ad Ordinem expectat , p. 8. c. 1. p. 16. n. 3. p. 25. c. 1. p. 43. c. 2.
- Farrant Arias Praeceptor de Peña-Fiel , p. 160. n. 2.
- Festivis diebus (aliquibus exceptis) possunt Personæ territorij de Alcantara , auditio Sacro , laborare , p. 602. & 603. p. 697. & 98.
- Fidejubere , aut pecunias mutuò accipere Fratribus prohibetur , nisi consensu Magistri , vel majoris partis Capituli , p. 44. n. 8.
- Fideles conjugati , si professionem in Militiam emittere voluerint , possint recipi , & admitti , in eaque continuo permanere , p. 623. n. 4. & seq.
- Filius Militis , & Praeceptoris ex legitimo Matrimonio genitus in bonis Parentuum succedere valet , ibidem.
- Filosophiæ , & Theologiæ studia in Conventu Ordinis ponantur , p. 692. & 693.
- Firmatis Monasterium præcipuum Ordinis est , p. 787. c. 1.
- Fodinas in Pago novo Rex retinet , p. 132. c. 1.
- Forum de Coria populatoribus de Salvaleon conceditur , p. 35. n. 2.
- Forum , sive Leges habitatoribus de Salvaleon concessæ , p. 68. n. 1. De Villabona , p. 91. c. 1. De Valentia , p. 107. c. 1. De la Zarza , p. 112. c. 1. & 169. c. 2. Ejus terminorum divisio , p. 170. & seq. A foro liberatur Infantatus de Tauro , p. 4. c. 2.
- Forum , sive Leges hominibus de Santa Christina concessæ , p. 204. n. 2.
- Fortezolo Castrum , p. 43. c. 1.
- Fœmina , sive Vir Regna Castellæ , & Legionis possideat , Militias administraret , p. 803. c. 1.
- Forum , sive Judicium sacerdotiale in omnibus declinare debent Ordinis Fratres , p. 683.
- Franciscus de Bobadilla Episcopus Cauriensis , p. 429. c. 2.
- Franciscus Davila Commissarius , & Collector generalis S. Cruciatæ , p. 646. & seq.
- Franciscus de Gamboa Cauriensis Episcopus , p. 569. n. 3.
- Fratres uti possunt testimoniis Confratruum in causis civilibus , & criminalibus , p. 44. n. 9.
- Fratres , vel Milites ad professionem non assumentur , nisi de antiquo Christianorum genere sint procreati , p. 241.
- Fratres Ordinis in communi , & sine proprietate vivere debent , p. 506. c. 2.
- Fratres Ordinum jus civile audire possunt , p. 640. n. 3. & 4. Disponere que de bonis mobilibus , immobilibus , & semoventibus , p. 641. n. 5.
- Fratres in suis Conventibus studentes ad Cathedras contendere possint , p. 692.
- Fratres Cistercienses à suis Abbatibus ab excommunicatione absolvere possunt , p. 701. c. 1. Divinaque Officia tempore interdicti apertis januis celebrare , p. 717. c. 1. Assumpti in Capellanos Papæ , sub Prælatorum suorum obedientia manent , p. 721. c. 2.
- Fratribus , & Militibus certa portio ex Mensa Magistrali ad eorum sustentationem assignatur , p. 238. & seq. p. 251. & seq.
- Fratribus Ordinis exemptio accedendi ad Capitula generalia Cisterciensia conceditur , p. 601. n. 6. & seq.
- Fresno Oppidum , ejus compositio super aquarum , & pascuorum usu , p. 208. & seq.
- Fructus decimales , & primitiales pro defensione ab infidelibus , & eorum offensione dismembranda conceduntur , p. 621. n. 3. p. 629. c. 1. p. 636. n. 4.
- Fructus , & redditus ad Mensas trium Militiarum pertinentes , ad decenium , possunt in creditorum satisfactionem converti , p. 807. n. 3. Confirmatur , p. 810. n. 2. & 3.
- Fructus unius Praeceptoriae ex unoquoque Ordine Militari à Rege Ferdinandō VI. eligendæ , Thesauro respectivè applicantur , p. 699.
- Fuente de Cantos Ecclesia in Ordine S. Jacobi reintegratur in redditibus , & decimis alienatis , p. 687. & seq.
- Fundatio Conventus Monalium S. Spiritus de Alcantara , p. 410. & seq. Vide Monasterium.

Fundatores Ordinum Militarium dicuntur Reges , p. 676. n. 4.

G

GAlisteum Oppidum , p. 20. n. 1.
Garcia Sanchez IV. Magister Ordinis,

p. 21. c. 2. n. 1. p. 22. c. 2. p. 23.
n. 1. p. 24. n. 1. p. 25. n. 1. p. 26.
n. 1.

Garcia de Barrantes , vel ut alij affir-
mant , Fernandez de Ambia VII.
Ordinis Magister , p. 88. n. 1.

Garci Lopez Magister Militiae de Ca-
latrava , p. 606. c. 2.

Garlitos , Capiella , & de Almorchon
venundatio , p. 142. & 43.

Gata Fluvius , p. 26. c. 2.

Gata Oppidum , ejus compositio super
aquarum , & pascuorum usu , p. 208.
& seq.

Gavelas , aut similia tributa Fratres
solvere non tenentur , p. 258. n. 3.

Generale Capitulum Ordinum Cala-
travæ , & Alcantaræ diffinitiones,
ordinationes , ac statuta , reforma-
re emendare , limitare , ac de novo
edere , & ordinare potest , p. 400.
n. 2. & seq. p. 624. n. 6.

Generalis Capituli de Illon diffinitio-
nes , & constitutiones confirman-
tur , p. 188. n. 2. & seq.

Generali Capitulo Cisterciensi non te-
nentur Fratres interesse , p. 601. n.
6. Vide *Capitulum*.

Goleta Castrum , p. 637. n. 6.

Gometius Fernandez , seu Barrientos,
primus Ordinis Magister seu Funda-
tor , p. 3. n. 1. p. 6. & 7.

Gometio de Caceres XXXV. Magis-
tro Ordinis Altare portatile habere
conceditur , p. 219. n. 1. Confirma-
tio ejus Magistratus , p. 220.

Gometius de Ayala Claviger Ordinis,
p. 237. c. 2.

Gonzalvus Joannes Magister Calatra-
væ , p. 21. c. 2. n. 1. p. 24. n. 1.

Gonzalvus Menendez Commendator
de Tauro , p. 160. n. 2.

Grangia de Pirario D. Gometio primo
fundatori Ordinis donatur , p. 7. c. 1.

Grangia in Aldea de Pontefico cum
vineis , agris , & pascuis ad Ordi-
nem expectat , p. 8. c. 1. p. 17. c. 1.
p. 25. c. 1. p. 43. c. 2.

Granatæ Regni defensioni 409. duca-
torum à Mensis Magistralibus , &
Præceptorii Ordinum Militarium
dismembrantur , p. 615. n. 4. p. 620.
n. 2. p. 633. n. 2. p. 812. n. 3.

Granatæ Regnum octingentos per an-
nos ab infidelibus fuit occupatum ,
p. 634. c. 1. p. 811. c. 2.

Gratiis , privilegiis , concessionibus , &
immunitatibus Cisterciensibus con-
cessis , Militia de Alcantara gaudet ,
p. 785. n. 4. & 5. Similiter Militiae
S. Jacobi concessis , p. 624. n. 8.

Gregorius Cardinalis S. Angeli , Sedis
Apostolicæ Legatus , p. 12. c. 1.

Gregorius Papa VIII. p. 6.

Gregorius Papa IX. p. 28. Confirmat
Ecclesias , Castra , Villas , & Posse-
ssiones Ordinis , quæ narrantur , p.
42. n. 3. Regibus Castellæ Militiam
S. Juliani de Pirario commendat , p.
45. c. 2. n. 2. Declarat prædictam
Militiam Summo Pontifici immedia-
tè subjacere , p. 46. n. 2.

Gregorius Papa X. p. 110. XI. p. 151.

Gregorius Papa XII. p. 151. XIII. p.
507. XIV. ibidem. XV. p. 532.

Guadiana Flumen , p. 39. c. 2.

Guadalemar Flumen , p. 149. n. 2.

Guadaira Flumen , p. 58. c. 1.

Gubernatio de Alcantara in quatuor
Partitis dividitur , in quibus Judices
omnes causas civiles , & criminales
cognoscant , p. 508. & seq.

Gubernationem , administrationem , &
præsidentiam in Ordine Cisterciensi
nullus , qui de dicto Ordine non
existat , potest obtinere , p. 754. n. 6.
p. 757. n. 12. p. 758. n. 13.

Guillermo Episcopo Sabinensi conce-
ditur , ut compellat ad solutionem
eos , qui Procurations suæ Legationis
solvere renuerint , p. 162. &
seq.

Gundisalvus Perez X. Ordinis Magis-
ter , p. 123. n. 4. p. 607. c. 1.

Guterius de Sotomayor XXXIV. Ma-
gister Ordinis , & ejus confirmatio
p. 211. c. 2.

H

Habitatoribus de Moron omnes
donationes , & privilegia confir-
mantur , p. 112. c. 2.

Habitus Militiarum de Calatrava , &
Al-

Alcantara conferatur ea forma, quæ juxta statuta Militiæ S. Jacobi quoad exclusionem officiorum, conferri disponitur, p. 671. n. 3. & seq.
 Habitus antiquus Ordinis in Crucem viridem commutatur, p. 187. c. 1.
Habitum, & professionem Ordinis, elapsa trienio, D. Didaco de Santillan suscipere tenetur, p. 226. n. 4.
Habitu regulari Fratres uti valeant, quamvis pensiones, aut fructus Ecclesiasticos sacerulares percipient, p. 645. n. 2.
 Handaca Abenazmon Vallis, p. 33. c. 1.
Harahal decimæ ad Ordinem pertinent, juxta sententiam contra Archiepiscopum Hispanensem, p. 191. & seq. p. 194. c. 2. & seq.
 Henricus II. Rex confirmat donationem trium millium morapetinorum in Martiniega Civitatis Roderici, p. 173. c. 2.
 Henricus Rex administrationem Magistratus obtinuit post obitum Guterrij de Sotomayor, p. 220. n. 2.
Henrico Archiepiscopo Nacianceno Nuntio Hispaniarum committitur facultas dispensandi laborem in variis festivis diebus, p. 602. & 603. De facto dispensavit, p. 697. & 98.
 Herbæ ad Mensam Magistralem pertinentes justo vendantur pretio, ac statuta in contrarium irritantur, p. 248. n. 2. & 3.
 Hieronymus de Ghnutis Episcopus Ausulanus Judex ad erectionem Monasterij Monialium Sancti Spiritus de Alcantara, p. 378. n. 1. & seq.
 Hispania ferè universa à Saracenis possessa fuit, p. 615. n. 3.
 Homo, vel mulier de Sancta Christina potest pro anima sua aliquam hæreditatem Ordini de Calatrava donare, non vero aliis, p. 205. c. 1.
 Honorius Papa III. p. 20. Omnia privilegia, exemptiones, & immunitates Fratribus concessa confirmat, p. 24. c. 2.
 Honorius Papa IV. p. 110.
 Horæ canonicae Fratribus, Praeceptoribus, & Militibus recitandæ commutantur, p. 268 & 69.
 Horæ canonicas recitandi forma datur, & antiqua derogatur, p. 396. c. 1. & seq.

Horas canonicas integras Cistercienses persolvant, p. 740.
 Hospitali de Pereiro eleemosynam largientibus viginti dies indulgentiarum conceduntur, p. 110.
 Hiberna otiundi natione, qua forma ad Habitum admittendi, & eorum inquirendæ qualitates, p. 670. & 71.

I & J
Jacobus de Puga Cardinalis praeposit, ut nonnulli Clerici absolvantur à censuris, quas incurrerant, ob creationem cuiusdam prætentis Abbatis, p. 362. & seq.
 Jantar, justitiam, & monetam Rex retinet in Oppido de Eljas, p. 130. c. 1.

Jantares ex locis de Bacendeira, & Causillæ Regibus non debentur, p. 145. c. 2. & seq.
 Idonea sustentatio pro Rectoribus Ecclesiasticis, p. 626. n. 3.
 Ielves hæritas permutatur pro Pago de Alcantariella, p. 104. n. 1.
 Illon ejus Capituli generalis constitutiones confirmantur, p. 188. & seq.
 Immediata subjectio Cisterciensium Sedis Apostolicæ, p. 750. c. 2. p. 752. c. 2. p. 765. c. 2. p. 784. c. 1.

Immediata subjectio Ordinis, p. 45. & 46. c. 2.
 Immediata subjectio Monasterij erigendi in Villanova de la Serena, p. 283. n. 7. p. 292. n. 18.
 Immobilia bona à Militibus tempore sui obitus relieta ad Magistralem Mensam pertinent, p. 346. n. 3. p. 371. n. 3.
 Immobilia bona Militiarum dismembrantur usque ad 40j. ducatorum summam Regni Granatæ defensioni, p. 615. p. 620. p. 627. p. 633. p. 811. p. 817.

Immunitatibus, exemptionibus, & privilegiis Militiæ S. Jacobi concessis, Fratres Ordinis gaudent, p. 624. n. 8. Similiter Cisterciensibus concessis, p. 785. n. 4.

Inchabuyo Oppidum, p. 86. c. 1.
 Incarcerare, & capere debent Judices sacerulares requisiti à Conservatore Ordinis, p. 279. c. 2. p. 386. n. 19. p. 484. c. 1. p. 523. c. 2.
 Incensum diebus festivis ad oblationem

- nem Calicis , & Offertorium minifretur , , p.189. n.7.
- Incolæ S. Marie Magdalena , & S. Marci decimas , & tertias Ordini solve-re tenentur , p.21. c.2.
- Incolæ de Salvaleon forum Ordini de-bent persolvere , p.68. De la Zarza , p. 112. c.1. p. 169. c. 2. De Sancta Christina , p.204. & seq.
- Incorporatio Capellaniæ de Casillas ad Conventum Ordinis , p. 429. c. 2. Confirmatur , p. 450. c. 2. Revoca-tur provisio in D. Joanne Henriquez , p.472. 73 & 74.
- Incurranus permutatur pro hæreditate de Raigada , p. 18. c. 2. p. 79. c. 2. p.201. c.2.
- Induciaæ pro decem annis inter Caro-lum V. & Regem Galliæ ad debel-landum Turcam ex Italiaæ Regno , p. 445. c.1.
- Indulgentia plenaria Militibus in prælio contra Saracenos decedentibus , p.49. c.2.
- Indulgentiarum viginti dies concedun-tur eleemosynam Hospitali de Pe-reiro tribuentibus , p.110.
- Indulgentia concessæ visitantibus Ec-clesias de Alcantara , & de Villa-nova in quibusdam anni diebus , p. 395. n.4. p.785. n.5.
- Indulgentiarum concessio facta Regu-laribus cum antiquarum revocatio-ne , p.665. & seq.
- Indulgentiarum participatio cum aliis Ordinibus , Clericis Militaribus con-ceditur , p.669. c.1. Militibus , ibid. c. 2.
- Indulgentia plenaria concessæ visitantibus Ecclesiæ Urbis in anno Jubi-læi , Cisterciensibus in mortis articu-lo conceduntur , p.733. n.2.
- Indulgentiis Ordini Cisterciensi conces-sis Moniales gaudent , p.716. c.2.
- Indulgentia plenaria non suffragatur ei , qui ex confidentia deliquit , p. 734. c.1.
- Indulgentia concessæ visitantibus Ec-clesias Urbis , conceduntur unum, duo , aut tria Altaria visitantibus , p.782. n.2.
- Indulgentiis , gratiis , & privilegiis in genere Cisterciensibus concessis, Mi-litia de Alcantara gaudet , p. 785. n.4. & 5. Similiter concessis Militiæ S. Jacobi , p.624. n.8.
- Indulgenteræ contra statuta Ordinis im-petrataæ , irritæ & inanes declaran-tur , p.717. c.2.
- Infantatus de Tauro Eustefano Falco-nero donatur , p.4. c.2.
- Informatio quælitatum Militum ad ha-bitum de natione Hiberna admit-tendorum , Matriti fieri possit , p. 679. c.2.
- Inabilitatis seu infamiæ nota ob im-petrationem dispensationis voti per-petuae castitatis aboletur , p. 624. n.7.
- Innocentius Papa III. p.14. Omnia pri-vilegia à Lucio III. concessa con-firmat , p.16.
- Innocentius Papa IV. p.53. V. p. 110. VI. p.151. VII. ibid.
- Innocentius Papa VIII. p. 242. IX. p. 507. X. p.532. XI. XII. & XIII. ibid.
- Instantiarum ordo in causis Militum, & forma per appellations ad Cu-riam , p. 631. n.4. p. 633. n. 4. Per appellations ad Regem , p. 652, p. 667. n.2. & seq. p.683.
- Interdicti generalis tempore licet Fra-tribus , exclusis excommunicatis & interdictis , divina Officia celebrare , p.44. n.13.
- Interdictum, suspensio , aut excommuni-catio in Cistercienses à Legatis Apostolicis non potest promulgari , p.703. n.2. p.705. n. 2. p.715. n.2.
- Interdicti tempore possunt Cistercien-ses apertis januis Officia divina ce-lebrare , p.717. c.1.
- Interdicti, suspensionis, aut excommu-nicationis sententias nullus in Cis-tercienses potest promulgare, p.720. c. 1.
- Interdictum in domum Ordinis nequit imponi , p. 8. c. 1. p.16. c. 2. p. 25. c.1. p. 44. n.12. p. 46. n.2. p. 283. n.7. p.709. c.2. p. 715. c. 2. p. 720. c. 1.
- Inventarium de bonis Monasterij com-mendati duplex fiat , p.741. n.4.
- Inventarium omnium bonorum ad suum usum Cistercienses in scriptis dare tenentur , p.741. n.5.
- Invocatio Ordinis primo de Pirario, p.2. & 3. c. 1. p.7. c. 1. & 2. p. 10. c.2. p.12. c. 1. p. 16. c. 2. p. 18. 21. & 22. c. 2. p. 23. c. 2. p. 24. c.2. p. 27. & 28. c.1. p.37. c.2. p. 39. c.1. p. 42. c. 2.

- Joannes Papa XX. p. 110. XXI. vulgo XXII. p. 151.
- Joannes Papa XXII. vulgo XXIII. p. 151.
- Joannes I. Rex Castellæ & Legionis omnia privilegia Ordinis confirmat, p. 174. c. 2.
- Joannes II. Rex Castellæ & Legionis divisionem terminorum de Navasfras confirmat, p. 182. Et Abbatiale Regni Legionis, p. 184. Jurisdictionem in Rollan, p. 197. n. 3. Reajengum de Sancta Christina, Incurranos, & Arbogelo, p. 201. c. 2. p. 204. c. 1.
- Joanna Regina Castellæ & Legionis 50j. morapetina census in vesticibus de Alcantara Ordini confirmat, p. 322. 30j. in Civitate Cauriensi, p. 352. & seq.
- Joanna filia Regis Portugalliae subscribit schedam ad possessionem bonorum alienatorum apprehendendam, usque ad summam 40j. ducatorum, p. 819. c. 2.
- Joannes de Sotomayor XXXIII. Magister Ordinis, p. 197. n. 3. Ejus definitio à Magistratu, p. 211. n. 2.
- Joannes Fernandez Commendator de Villanova de Lares, p. 149. c. 2.
- Joannes Gonzales Præceptor de Lares, p. 160. n. 2.
- Joannes Cardinalis tituli S. Laurentij, p. 98. n. 3. p. 99. n. 2. p. 100. c. 2. p. 103. c. 2.
- Joannes Archiepiscopus Toletanus Jūdex conservator super electione Magistratus Guterrij de Sotomayor, p. 210.
- Joannes Gonzales Commendator de Capiella, p. 149. c. 2.
- Joanni Portocarrero Barcarrota venundatur, p. 445. c. 2.
- Joannes Tabera Archiepiscopus Compostellanus ad Capellaniam de Cillas præsentatur, p. 388. n. 2. Postea Cardinalis, p. 431. n. 3.
- Joannes de Zuñiga XXXVII. Magister Ordinis, p. 227. c. 2. Sub curatore Patre suo Alvaro, p. 228. c. 1. Facultas Capitulum generale celebrandi conceditur, p. 240. n. 2. Percipiendi tot fructus ex vacaturis Præceptoriorum, quot posse percipere ex Villanova, Barcarrota, Salvatierra, & Azagala, p. 258. n. 2. & seq. Regu-
- ducendi ad Mensam bona alienata, p. 261. c. 2.
- Joannes de Zuñiga Magistratum in favorem Regum Catholicorum resignat, p. 281. & seq. p. 287. n. 8. p. 290. n. 14. Erigitur ad ejus vitam dumtaxat novum Monasterium, cui unitur tota Serena cum omni jurisdictione, p. 282. n. 4. p. 287. n. 9. p. 290. n. 15. Aggregantur Præceptoriae de Casilnovo, & Zalamea, p. 283. n. 6. p. 288. c. 2. p. 291. n. 16. Decedente Joanne, annexio disoluta sit, p. 285. n. 11. p. 289. n. 11. Potest erigere duas vel plures Præceptorias, p. 289. n. 10. Juramentum solitum præstare debet, p. 285. n. 12.
- Joannes de Zuñiga eligitur in Archiepiscopum Hispalensem, p. 306. n. 3. & seq.
- Joannes Roco Archipresbyter de Alcantara, p. 556. c. 2.
- Joanni Cardinali S. Joannis Ante Port. Latin. facultas visitandi Ecclesiæ Militares conceditur, p. 625. n. 2. Revocatur hæc facultas, p. 626. n. 4. & 5.
- S. Joannis de Mascoras terminorum assignatio, p. 23. & 27. Ejus Castrum, p. 43. c. 1.
- S. Joannis de Tauro Præceptoria cum ejus Oppido ad Ordinem restituitur, p. 127. n. 8.
- Joannes Pogius Bononieri Nuntius Apostolicus, p. 412. n. 4.
- Joannes Arias Præceptor de Ceclavin, p. 160. n. 2.
- Jubilæum, 8: Indulgentiæ plenariae concessæ visitantibus Ecclesiæ Urbis in anno Jubilæi, omnibus Cisterciensibus in mortis articulo conceduntur, p. 733. n. 2.
- Judices Militum trium Militiarum tam in civilibus, quam in criminalibus professos esse oportet, p. 631. n. 4. p. 333. n. 4.
- Judices in partibus singulares, seu cum clausula: eorum cuilibet, vulgariter in Hispania de Manga, p. 631. c. 2. p. 632. c. 2.
- Judices quo de Consilio Ordinum, & duo de Consilio Regio debent cognoscere in causis criminalibus, & mixtis Militum in secunda instantia, p. 653. c. 1. p. 668. n. 4. p. 683.
- Judicium Apostolicorum congregatio,

- vulgò *Juncta Apostolica*, ad compo-
nendas, & concordandas lites inter
Episcopos, & Ordines Militares,
p. 643. Ibi alios Prælatos, p. 653.
p. 680. Ibi alios Prælatos, p. 684.
p. 694.
- Judices ad compellendum eos, qui
non permittunt Domum de Pirario
bona in territorio Zamorensi habe-
re, nominantur, p. 47. c. 1. n. 2.
In Civitatibus Cauriensi, Salmanti-
na, & Civitatensi, p. 47. c. 2. n. 2.
p. 48. n. 2. p. 48. c. 2. n. 2.
- Judices seculares causas criminales, &
mixtas Militum trium Militiarum
cognoscendi sunt incapaces, p. 683.
n. 1.
- Judex super lite inter D. Joannem de
Zuñiga, & Didacum de Santillan,
Episcopus Placentinus nominatur,
p. 256. c. 2.
- Judices quatuor in Gubernationem de
Alcantara assignantur, p. 508. n. 2.
& seq. Cognoscere debent de om-
nibus causis in prima instantia, p.
509. c. 1. De appellationibus à Ju-
dice pedaneo, ibid.
- Judices conservatores Cisterciensium
nullam super eos jurisdictionem ha-
bent, nec cognoscere de appellatio-
nibus possunt, p. 752. n. 2. & 3.
- Judiega quodam vestigal, p. 323.
n. 3.
- Judicia ad saecularia Cistercienses non
provocentur, p. 702. c. 1. Neque
ad alia quæ de dicto Ordine nor-
sint, p. 730. n. 4.
- Jugera quindecim in Badallocio Ordi-
ni donantur, p. 89. c. 1.
- Julius Papa II. p. 304. III. p. 425.
- Jupiarantia Oppidum, p. 86. c. 1.
- Juramenti dispensatio quoad aliena-
tiones, p. 616. n. 5. p. 635. n. 3.
p. 637. n. 6. p. 813. n. 4.
- Juramentum fidelitatis à Joanne de
Zuñiga præstari jubetur, p. 285.
n. 12. p. 291. c. 1.
- Juramentum de non alienandis bonis
Mensarum, & Præceptoriarum Ca-
rolo V. à Clemente VII. relaxatur,
p. 635. n. 3.
- Juramentum de non alienandis bonis
Monasterij Commendatarius Cister-
ciensis fiat, p. 741. n. 4.
- Jura Patronatus laicorum in Ordine,
p. 621. n. 3. p. 636. n. 4.
- Jurisdictionis civilis, & criminalis in Ro-
llam ad Ordinem expectat, p. 197.
n. 3. p. 536. c. 2.
- Jurisdictionis spiritualis, & temporalis in
Ecclesiis de Cadahalso, Gata, Sal-
voleon, Alcantara, & Ceclavin ad
Ordinem pertinet, p. 91. c. 2. n. 2.
- Jurisdictionis locorum alienatorum ad
Regem, seu personas in quas loca
transferriri contigerit, pertineat, p.
617. c. 1. p. 620. c. 2. p. 628. n. 3.
p. 635. c. 2. p. 638. c. 1. p. 813.
c. 2.
- Jurisdictionis omnimoda in Partitis de
Alcantara, Valentia, Brozas, &
Gata in suis Archipresbyteris resi-
det in prima instantia, p. 527. n. 4.
In secunda in Episcopo Cauriensi,
dummodo non sit persona Ordinis,
ibid. n. 5. Aliis in locis in Ordine,
p. 542. n. 10. & 11. In Oppidis ex
Taxo ad Cauriam in Episcopis, p.
543. n. 14. In Priore de Alcantara
circa omnes personas Ordinis, p.
563. n. 2.
- Jurisdictionis in Archipresbyteribus de
Alcantara, & Valentia ad Priorem
expectat, p. 557. n. 2. & 3.
- Jurisdictionis trium Militiarum (absente
Rege) Reginæ D. Elisabeth concedi-
tur, p. 817. n. 4.
- Jurisdictioni, & superioritati Episco-
porum non tenentur Cistercienses,
p. 764. & 65. p. 784. c. 2.
- Jurisdictioni Prælatorum Cisterciensium
plenè subsunt assumpti in Ca-
pellanos, seu familiares Papæ, aut
Cardinalium, p. 721. n. 3.
- Jurisdictionis Militiarum sumptibus ex
earum thesauris defensanda, p. 375.
n. 3. p. 425. n. 3. & seq. p. 676.
n. 5.
- Jurisdictionalia bona alienata à Phi-
lippo II. & Coronæ Regiæ incorpo-
rata, tenetur Philippus III. restituere
Ordinibus, Ecclesiis, & Capitulis
ad quæ pertinebant, p. 661. n. 4.
Similiter bona permutata, p. 662.
- Jurium Ordinis defensio ex ejus the-
sauro, p. 375. n. 3. p. 425. & seq.
p. 676. n. 5.
- Jus civile absque alicujus irregularita-
tis poena, Fratres possunt audire,
p. 640. n. 4.
- Jus nominandi Fratrem idoneum pro
servitio Ecclesiæ S. Mariæ de Sea

ad Magistrum pertinet, p. 142. c. 1.
Justitiam, Monetam, & Jantar, Rex
in Oppido de Eljas retinet, p. 130.
c. 1. Et in Pago novo Fodinas, p.
152. c. 1. p. 155. n. 13. & seq. p.
170. n. 3. & 171. n. 6.

Samuel, & Asebuena ejus uxor Pagos
de Felich, & Cantullan posside-
bant, p. 146. c. 2.

L

L Aguna de Negriellos Oppidum,
p. 86. c. 1.

Laicorum Patronatus nonnulli de con-
sensu Praeceptorum dismembrantur,
p. 621. n. 3. p. 636 n. 4.

Lares Oppidum dismembratur à Men-
sa Magistrali ad tempus, p. 288. c.
1. p. 310. c. 1.

Laurentij Alfon Magistri Ordinis de
Avis in Regno Portugallia litteræ
super Ecclesia S. Mariæ de Sea, p.
140. n. 3. & 4.

Legati Apostolicæ Sedis sine speciali
mandato in Cistercienses excommu-
nicationis, suspensionis, aut inter-
dicti sententias non possunt promul-
gare, p. 703. n. 2. p. 705. c. 1.
n. 2. p. 715. n. 2.

Legatus in Hispania Gregorius Cardi-
nal S. Angeli, tempore Coelestini
III. p. 12. c. 1.

Legata quisque Ordini Relinquere
potest, p. 83. c. 1.

Legati, & Nuntij Sedis Apostolicæ
Procurationes pecuniarias ab Ordini
ne non exigant, p. 97 n. 2.

Legatus in Hispania Guillerminus Epis-
copus Sabinensis Procurationes sua
Legationis censuris exigit, p. 162.
c. 2. & seq.

Legatus in Hispania Baptista de Padua,
tempore Eugenij IV. p. 217. c. 1.

Legatus in Hispania Joannes Pogius
Bononieri, tempore Pauli III. p.
412. n. 4.

Legatus in Hispania Camilus Caeta-
nus, tempore Clementis VIII. p.
545. n. 4.

Legatus in Belgarum Provinciis Ostia-
nius Episcopus Tricaricensis, tempo-
re Clementis VIII. p. 562. n. 1.

Legatus in Hispania Carolus Bonelli,
tempore Alexandri VII. p. 568. c. 2.

Legatus in Hispania Henricus Episco-
pus Nacianenus, tempore Benedic-
ti XIV. p. 697. c. 2.

Leges, & civilia jura publicè audire,
& interpretari Clerici Ordinis pos-
sunt, p. 640. n. 4.

Leges five forum habitatoribus de Sal-
voleon concessæ, p. 68. n. 1. De Vi-
llabona, p. 91. c. 1. De Valentia,
p. 107. c. 1. De la Zarza, p. 112.
c. 1. & 169. c. 2.

Leges five forum hominibus de Santa
Christina concessæ, p. 204. n. 2.

Leges five ordinationes inter Ordin-
em, & Civitatem Caurensem su-
per aquarum, & pascuorum usu, p.
208. c. 1.

Legionensis Episcopus quamdam sum-
mam pecuniae ab Ordine vult exi-
gere, super quod lis vertitur, p. 96.
c. 1. n. 2.

Legionis Abbatiale, vulgo Abaden-
gos, Ordini conceditur, p. 63. c. 2.
p. 184. n. 2.

Leo Papaæ X. p. 335. XI. p. 532.

Leonora Ducissa Placentiæ, p. 260.
c. 1.

Libertas Ordinis, seu exemptio inter
maiores numeratur, p. 28. n. 2. & 3.

Libertate Ecclesiastica gaudent Magis-
ter, Praeceptores, & Fratres Ordini-
nis, p. 258. n. 3.

Licentia ad Matrimonium. Vide Ma-
trimonium.

Licentia, & facultates testandi Priori-
bus, Praeceptoribus, & aliis Militi-
bus conceduntur, p. 641. n. 5. & 6.

Licentia Magistri requiritur ad disce-
ndendum ex Vomo quo professio
fuit facta, nisi artioris Religionis in-
tuitu, p. 8. c. 2. p. 17. c. 1. p. 44.
n. 6.

Licenciati, vel Doctores quatuor ad
minus in Consilio Ordinum, p. 631.
n. 2. p. 632. c. 2.

Lis inter Episcopum Caurensem, &
Magistrum Ordinis super Praecepto-
ria S. Joannis de Tauro, rebusque
aliis decernitur, p. 124. n. 1.

Lis cum Episcopo Legionensi super
quædam pecuniae summa committi-
tur, p. 96. c. 1.

Lis inter Magistrum, & Praeceptorem
Majorem super Officiorum provi-
sione committitur, p. 256. c. 2.

Lis cum Episcopis Placentino, & Cau-
rien-

- riensi super visitatione Ecclesiarum, & Personarum Ordinis Priori de Guadalupe committitur, p. 214. c. 2.
- Lites**, & controversiae inter Episcopos, & Ordines Militares Regibus componendae committuntur, p. 643. Ibi alios Praelatos, p. 653. p. 680. p. 684. p. 694. Etiam extrajudicialeiter petitur, p. 687. n. 5. p. 696. n. 5.
- Lites**, & controversiae inter Episcopos, & Ordines, si infra bienium non finiantur, cessat facultas eas componendi, p. 655. n. 7. p. 541. n. 6.
- Lites**, & controversiae inter Ordines, & Episcopos, ac etiam non Episcopos, Regi componendae committuntur, p. 539. c. 2. & seq.
- Lites**, & controversiae inter Cistercienses Judicibus Ordinis sine strepitu, & figura Judicij decidenda committuntur, p. 748. n. 3.
- Litis compositio** cum Consilio Cauiensi super Villas de Milana, & Morelia, p. 26. n. 1. p. 76. n. 4.
- Litis compositio** cum Episcopo Egitanensi super decimis, quadam pecuniae summa, rebusque aliis, p. 111. c. 1. Super de Vallelas, & aliis Ecclesiis, ibid. c. 2.
- Litterae Apostolicæ** contra statuta Cisterciensia impetratae, irritae declarantur, p. 717. c. 2.
- Litterae Apostolicæ**, quibus cavebatur, quod ante earum executionem Praelatis exhiberentur, revocantur, p. 725. c. 2.
- Litterae executoriales** super provisione Capellaniæ de la Freyra, p. 270. Super certa pecuniae summa simul cum Archiepiscopatu Hispalensi, p. 305. Super divisione decimaru[m] pro fabrica Ecclesiæ S. Salvatoris del Carbajo, p. 475. Super decimis de Santo Jacobo, & pratorum de Cadavera, Almorchon, & Rincon, p. 512. Super facultate Priori concessa celebrandi vestibus Pontificalibus, p. 568. Super assentia ad distributionem excusati, p. 646.
- Litterae Apostolicæ** super dispensationibus Matrimonialibus, Prioribus de Alcantara, & Magacela committenda, p. 560. c. 2.
- Litteræ authenticæ super variis Reliquiis, p. 562. c. 1.
- Litteras quoad jus civile audire publice, & interpretari, p. 640. n. 4.
- Locatio bonorum Ordinis per novenum fieri potest, p. 437. c. 2. p. 440. & seq.
- Locus de Pirario à Sede Apostolica Ordini confirmatur, p. 3. n. 2. p. 7. c. 2. p. 16. c. 2. p. 24. c. 2. p. 42. c. 2.
- Lucius Papa III. p. 6. Veri Religiosi Milites de Alcantara ab ipso declarantur, p. 7.
- Lucidus Cardinalis Judex in causa decimaru[m] de Moron, Coth, & Harahal, p. 191. c. 2. n. 1. & seq.
- Ludovicus de Zuñiga & Avila Praeceptor major, p. 462. n. 5.
- Ludovicus de Villasayas Commendator de Santibañez, p. 550. n. 15. p. 553. n. 26.
- Ludovicus de Prato, Consiliarius, & Orator ad Sedem Apostolicam, p. 615. n. 3. p. 811. c. 1.

M

- M**agacela nullius Dioecesis, p. 560. n. 2.
- Magacelæ Castrum, & Villa Ordini donatur, p. 39. n. 1. & 2. Ejus confirmatio, p. 84. n. 4.
- Magacelæ Castrum Ordini conceditur, p. 43. c. 1. Compositio ejus termini, p. 801. c. 2.
- Magacelæ Prior jurisdictionem exercet pro Joanne de Zuñiga, non pro Magistro, p. 288. c. 2. p. 293. n. 19.
- Magacelæ, & Alcantaræ Prioribus Matrimoniales dispensationes committantur, p. 560. n. 2. & seq. Jurisdictionem ordinariam habent, ibid. Vestibus Pontificalibus utuntur, ibid.
- Magdalena Praeceptoria, ejus visitatio & jurisdictione ad Ordinem expectata, p. 536. & seq.
- Magister primus Ordinis, seu fundator, D. Gomerius Fernandez, seu Barrientos, p. 3. n. 1. p. 7. c. 1.
- Magister, Praeceptores, & Fratres Ecclesiastica libertate gaudent, p. 258. n. 3.
- Magister jus habet Fratrem idoneum

- nominandi pro servitio Ecclesiæ S. Mariæ de Sea , p.142. c. 1. Pro Ecclesiæ de Rollan , p.510. n.1.
- Magister omnes causas inter Præceptores , & Milites decidere debet, absque ad Regia Tribunalia recurru , p. 242. n. 3. Personis idoneis, nondum habitu suscepso , de Præceptoris providere , ibid.
- Magister , & Præceptores lineis vestibus uti , & carnibus vesci possunt, p.251. n.3.
- Magister Calatravæ non potest alienare bona de Pirario sine consensu Magistri Pirarij , p. 21. c. 1. Visitationem Magistri Calatravæ debet recipere , ibid.
- Magister Templi ob inobedientiam super expoliatione Rondæ excommunicatur , p.52. n.3.
- Magister , & Fratres Calatravæ , & Alcantaræ ad præstationem subsidij vel collectæ sine speciali mandato non tenentur , p.54. c.2. p.98. c.2. Nec de procuratione pecuniaria responderet , p.97. c.2.
- Magister , & Fratres ultra duas diætas à propriis Monasteriis in causam trahi non possunt , p.100. c.2.
- Magister Religiosos vel Clericos sacerdotes , ad Beneficia præsentare potest , p.196. c.2. p.250. n.3.
- Magister , & Præceptores non tenentur solvere vestigal ex glande , & stivo, p. 300. n. 4. & seq. P. 470. c. 2. & seq.
- Magistratus propter administrationem Regum , nullam laſionem in spiritualibus aut temporalibus sustineant, p.800. c.2.
- Magistratus confirmatio in Guterrium de Sotomayor , ob destitutionem Joannis de Sotomayor , p. 211. n. 2. & seq.
- Magistratus Ordinis D. Joanni de Zuñiga confertur , & electio in Alfonsum de Monroy annullatur , p. 227. & seq. Sub Patre suo Administratore , seu Gubernatore , cui omnes obedire tenentur , ibid. p. 234. & seq.
- Magistratum Militiarum administratio , p.609. p.611. p. 793. p. 795. p. 797. Unio ad Coronam Regiam , p. 801. p.805.
- Magistri trium Militiarum ad defensio-
- nem suorum bonorum , jurium , & pertinentiarum concordantur , p. 606. c.2.
- Magistri electio in favorem D. Gometrij de Caceres post resignationem Henrici Regis Castellæ & Legionis, p.220. & seq.
- Magistri immediatè subesse Romanæ Ecclesiæ noscuntur , p.45. & 46. c.2.
- Magistro facultas conceditur statuta, & ordinationes edendi , reformandi , & corrigendi , p.428 n.9.
- Magistro , & sex Fratribus potus & annonæ , dum in Curia Regia fuerint , assignatur , p.29. p.65. p.116. c. 2.
- Magistro D. Joanni de Zuñiga conceditur , ut possit frui ex Commandis vacaturis tot redditus , quot ex locis de Salvatierra , Barcarrota , & Azagala fuerat percepturus , p.258. c. 2.
- Magistro , Præceptoribus , & Militibus Calatravæ , & Alcantaræ votum perpetuæ castitatis in conjugalem commutatur , p. 622. Omnibus privilegiis , & immunitatibus Militiæ S. Jacobi concessis , gaudent , p.624. n. 8.
- Magistrum Templi Rex Ferdinandus IV. præhendere iussit , p.148.
- Magnates , & Reges infidelium turpisimum genus Christianorum prædictarunt , p.615. n.3.
- Majores seu principales Præceptoriae de Calatrava , & de Alcantara personis idoneis à Philippo II. ejusque successoribus conferantur , p.821.
- Majorga Præceptoria , p.107. c.2. n.1. Malladas mons , p.26. n.1.
- Marcellus Papa II. p.425.
- Marcellus de Lebrija Præceptor de la Puebla , p.551. n.17. p.554. n.29.
- Marchio de Revilla , & alij possessores reddituum , & decimarum alienatarum Ecclesiæ de Fuente de Cantos , eas relinquere tenentur , p.687. & seq.
- S. Maria Alva Oppidum , p.86. c.1.
- S. Mariæ de los Freiles Ecclesia , ejusque donatio , p.88. n.1. Conventio , p.94.
- S. Maria de Paramo , p.86. c.1.
- S. Marina Oppidum , p.86. c.1.
- S. Maria de Nugares Abbatia , p. 14. n. 1.

- D. Maria Regina confirmat privilegium super libero transitu pecudum Ordinis per omnes Regni partes , p. 123. n.1. p.128. n.2. & 3.
- Martiniega , exactioonis species , in die S. Martini ejus solutio , p.68. p. 91. c.1. p.107. c. 1. p. 112. c. 1. p. 169. c.2. p.171. n.6.
- Martinus Papa IV. p. 110. V. p. 191.
- Martinus Yáñez de Barbudo XXX. Ordinis Magister , p.176. n.1.
- Martinus de Quiros Prior Conventus, p.262. c.2. p.271. p.299. n.7.
- Matrimoniales dispensationes Prioribus de Magacela , & de Alcantara committantur , p.560. n.2. & 3.
- Matrimonium Milites , & Præceptores de Calatrava , & Alcantara possunt contrahere , p. 623. n. 4. Omnibus privilegiis quam antea gaudent, ibid. Magistratus , Præceptorias , & dignitates retinere , ibid. De bonis mobilibus , & immobilibus disponere, ibid. p. 641. & 42. Proles legitima declaratur , p. 623. n. 5. Omnibus privilegiis Ordini S. Jacobi concessis gaudent , p.624. n.8.
- Matritum communis patria Ordinum Militarium , p.679. n.2. & 3.
- Medellin Oppidum captum fuit Ordine juvante , p.40. n. 1.
- Medellin , & Magacelæ divisio terminorum , p.101. c.2.
- Media-Annata soluta Romano Pontifici à Gometio de Caceres pro primo anno Magistratus , p.219. c.2. n.2.
- Mediae-Annatae in Ordinibus de Calatrava , & Alcantara sub tertia , & medietate fructuum , p. 672. c.2. p. 675. p.691. c.1.
- Mediae-Annatae in omni vacatione deducendæ , licet incapaces Praeceptoriarum eas possederint , p.674. & expressius p. 672. & 73. In principio decenij deducendæ cum certa dispensatione , p. 691. Ex fructibus Mensarum per decenium Rex disponere potest , p.807. n.3. Confirmatur , p.810.
- Mediam-Annatam primi anni debent Monasteriorum Cisterciensium Abbes persolvere , p.758. c.1. p.762. c.1. p.779. n.6.
- Medina de las Torres, Montemolin, & Monasterio alienata ab Ordine S. Jacobi juvetur restitui , solutis mo-
- rapetinis, quibus pignerata fuerunt, p.687. c.2.
- Mediolani Castrum , p.43.c.2.
- Meen Rodriguez , Præceptor del Es- parragal , p.160. n.2.
- Mendicantes ad Ordinem Cistercien- sem non possunt sine speciali licentia transire , p.721. c.1.
- Mensæ Magistrali donantur 255^y419. morapetina census , in remuneratio- ne de Barcarrota alienata , p. 442. c.1. Confirmatur aliis censu^s 6^y 663. morapetinorum pro compensa- tione bonorum alienatorum , p. 458. & seq.
- Mensarum trium Militiarum fructus in satisfactionem creditorum ad dece- niū convertantur , p. 807. Con- firmatur , p.810.
- Mercatores , qui & quales excludi vel admitti intelligantur ad habitum Militiarum , p.670. c.2.
- Mezquiella , locus , p.27. n.1.
- Michael de Villalva Procurator Ma- gistrī D. Joannis de Zuñiga, p. 286. n.2. p.289. n.13. p.306. n.2.
- Michael Majus Consiliarius , & Orator apud Sedem Apostolicam, p.615. n. 3. p.811. c.1.
- Milana , & Moralegia , divisio earum terminorum , p. 26. n. 1. Confirmatur , p.76. n.4.
- Milanæ Castrum , & Villa , p. 15. n. 1. Confirmatur, p.23. c.2. Divisio ejus termini , p.26. c.1. p.76. n.4.
- Milites Ordinis veri Religiosi à Lucio III. declarantur , p.7. c.2.
- Milites trium Militiarum participes Indulgientiarum Pauli V. p.669. c.2.
- Militibus Ordinum loca , quæ ex Mau- ris recuperabant , Reges Castellæ & Legionis donabant , p. 615. n. 3. p. 633. n.2. p.812. c.1.
- Milites conjugati omnibus privilegiis, gratiis , & exemptionibus frui & potiri debent , quibus ante matri- monium gaudebant , p. 623. n. 4. Omnes Indulgientiæ Capellanis Ordinis concessæ ad eos extenduntur, p.670. n.3. & 4.
- Milites quarumvis Militiarum, qui ha- bitum suscepereint , beneficia Eccle- siastica , seu pensiones sub ipso ha- bitu obtinere possunt , p.645. n.2.
- Militum appellations Ordinariæ in causis criminalibus , & mixtis , p. 652.

652. p. 667. & seq. Ad Curiam verò in criminalibus , p. 631. In cibis , p. 632. c. 2. p. 683.
- Militum , & Præceptorum pro cœnobitis in Regno Granatæ , & Africæ construendis , numerus à Rege statuendus , p. 617. c. 2. p. 635. c. 1. p. 814. c. 1.
- Militia de Alcantara filialis de Calatrava est , p. 601. n. 6.
- Militiæ S. Jacobi , Calatravæ , & Alcantaræ ad debellandum fidei hostes institutæ fuerunt , p. 615. c. 2. p. 634. c. 1. p. 811. c. 2.
- Militum nomine Piores , & cæteri Fratres beneficia obtinentes veniunt , p. 641. n. 3. Capellanorum , p. 669. c. 1. n. 2.
- Missarum reductio , p. 545. & seq.
- Missas , & anniversaria fundata tenentur dicere Cistercienses , p. 740. c. 2.
- Missam celebrandi ante diem facultatem habent Abbates Cistercienses , p. 771. n. 4.
- Misericordia Psalmi commutatio , p. 268. & seq. p. 396. & seq.
- Mitrae , & aliorum Pontificalium usus Prioribus concessus , p. 393. c. 1. p. 560. n. 2. p. 579. n. 26.
- Mixtas , & personales decimas intra, aut extra terminos Ordinis exigere potiti sunt ejus Clerici , p. 681. c. 2. p. 685. c. 2. p. 695.
- Modum vivendi traditum Fratribus de Calatrava , Fratres de Alcantara observare debent , p. 350. n. 3. & seq.
- In communi , p. 506. & 507.
- Modus , & forma in exigendis Deceniis cum dispensatione malè perceptorum , p. 689. & seq.
- Moheda defessa , p. 200. c. 2.
- Molendina , quæ sunt in Prato de Benavente Ordini donantur , p. 34. n. 1. Similiter de Guadaira , p. 58. c. 1.
- Molendina Magistri à Mensa Magistrali dismembrata ad Conventum uniuntur , p. 316. n. 3. p. 319. & seq. p. 503. n. 2.
- Monachi ad testificandum in causis nobilitatis , & puritatis sanguinis non possunt compelli , p. 672. c. 1.
- Monachus non potest esse Prior in Domo de Alcantara , p. 21. n. 1.
- Monachi Cistercienses sine aliqua ex-
- minatione debent ordinari , p. 711. c. 2.
- Monachi Cistercienses non tenentur ad præstationem Collectarum , & aliarum exactiōnū , p. 714. c. 1. p. 720. n. 2.
- Monachos fugitivos nullus recipere audeat , p. 727. c. 1.
- Monachi Cistercienses in bonis mobiliis , & immobilibus Parentum succedere possunt , p. 727. c. 2.
- Monachi , Novitij , & Donati Cistercienses semel in anno peccata sua Abboti confiteri tenentur , p. 741. n. 5.
- Monasterium novum erigendum ad vitam D. Joannis de Zuñiga , p. 282. n. 4. Sub protectione Sedis recipitur ; & liberatur à correctione , visitatione , & superioritate Ordinariorum , p. 283. n. 7. p. 292. n. 18. Ad ejus dotem Provincia de la Serena assignatur , p. 288. c. 1.
- Monasterij S. Spiritus de Alcantara Fundatio , p. 378. & seq. Omnibus privilegiis aliis Ordinis Monasteriis concessis gaudet , p. 380. n. 7. Dotatur 300. morapetinis , p. 410. & seq.
- Monasteria Cisterciensia possunt à Capitulo generali uniri , p. 722. n. 3. & 4. p. 550. n. 2. & 3.
- Monasteriis Cisterciensibus nullus Princeps prætextu Hospitalitatis ultra duas noctes possit permanere , p. 730. n. 4.
- Monasteria Cisterciensia Sedi Apostolice immediatè subjiciuntur , & sunt exempta à solutione Subsidiorum , jurisdictione , superioritate , & dominio Episcoporum , p. 764. & 65. p. 784. c. 1.
- Monasteria Cisterciensia singulis annis visitentur , p. 745. n. 3.
- Monasteria in Commendam obtinentes Cardinales , Subsidia Ordinis solvere tenentur , p. 768. n. 3. Non possunt in futurum Commendari , p. 778. c. 2.
- Monasteria , Prioratus , & loca Cisterciensia in Commendam obtinentes , infra mensē ea dimittere teneantur , p. 777. n. 3.
- Monasteria per Abbates , seu Comitarios tantummodo visitari debent , p. 780.

Monasteria Monialium , quæ sunt sub obedientia Ordinarij ab eo visitentur ; sed earum lites ad Ordinem pertinent , p. 543. n. 17.

Monasteriolum , seu hæreditas de Moreirola Ordini donatur , p. 14. n. 1.

Monasteria , & personæ Cisterciensium à præstatione decimarum eximuntur , p. 723. c. 2.

Monasteria nullus nisi ejusdem Ordinis professor , aut Cardinalis obtainere potest , p. 753. & seq.

Moniales S. Spiritus translatae sunt ad novum Monasterium , p. 525. n. 2. & 3. 50 ducata ex receptione habitum , & professionum habent , p. 567. n. 6.

Moniales Cistercienses omnibus privilegiis , quibus Ordo gaudet fruuntur , p. 716. c. 2.

Moniales cujusvis regulæ approbatæ gaudent omnibus Indulgentiis Religiosis Regularibus concessis , p. 666. n. 14.

Moralegia Oppidum , p. 26. n. 1. Confirmatur , p. 43. c. 1. p. 76. n. 4. Compositio super aquartum , & pascuorum usu , p. 208. & seq.

Morapetinum valoris decem argenterum , p. 126. n. 7. p. 135. n. 4. Vulgo Chicos , p. 58. c. 1.

Morapetina 50j. census in vestigalibus de Alcantara Ordini confirmantur , p. 322. 30j. in Civitate Caurensi , p. 352. & seq. 20j. in redditibus Carnium de Ezija , p. 486. c. 1.

Moreirola de Infanzones hæreditas Ordini donatur , p. 14. n. 1.

Moriega quodam vestigal , p. 323. n. 3.

Moron Castrum , & Oppidum donatur Ordini , p. 113. c. 2.

Moron de Cothè , & Harahal sententia super decimis , p. 193. n. 7. Committitur hæc causa , p. 194. & seq.

Montazgo non debet solvi ex pecudibus Ordinis , p. 113. c. 1. p. 123. n. 1. p. 128. n. 2.

Montis Gaudij , & Morimundi Monasteria præcipua Ordinis sunt , p. 787. c. 1.

Mortuarium non extorquatur ab ingredientibus Ordinem Cisterciensem , p. 704. c. 2.

N

NAVA , Castromilanos , Telleiros , & Vallis de Lobon Ordini de Calatrava donantur , p. 5. n. 1.

Navasfrias Ordini donatur , p. 22. c. 2. Confirmatur , p. 25. c. 2. p. 43. c. 1. p. 182.

Nicolaus Papa III. p. 110. IV. ibidem. V. p. 208.

Nicolaus de Ovando Commendator Major , in Insula S. Dominici aliqua bona reliquit , super quibus fit conventio , p. 335. & seq. p. 371. Quædam Capellaniam fundavit , p. 549. n. 12. p. 553. n. 23.

Nominationes Præceptorum , Priorum , aliarumque personarum à Rege Catholico approbantur , p. 266. & seq.

Nominatio Magistri Bartholomæ ad serviendam Ecclesiam S. Mariæ de Sea , p. 139. c. 1.

Notarius per quem Scripturæ , & alia Instrumenta auctorcentur , à Priore Ordinis est nominandus , p. 584. n. 2.

Novæ Indulgenciarum Regularibus concessæ cum revocatione antiquarum , p. 665. & seq.

Nova concessio unius Præceptoris , thesauro uniuscujusque Ordinis Militaris , p. 699.

Novales decimæ conceduntur Cisterciensibus in Parrochiis quibus veteres concessæ fuerant , p. 709. c. 1. p. 724. n. 3.

Novitij Cistercienses Ordinem ipsum profiteri volentes , in manibus Abbatis , seu Commissarij professionem emittere debent , p. 741. n. 5.

Nullius Diœcesis Oppidi S. Benedicti de Alcantara , & de Villanueva , p. 393. n. 2.

Nullius Diœcesis Magacela , p. 560. c. 2. Territorium de Alcantara , p. 602. n. 2. p. 697. n. 3.

Nullus ex Militia S. Jacobi , facta professione , in Ordine Montis Gaudij potest recipi , p. 605. n. 3.

Nullus ad Dignitates Abbatiales promoveatur , nisi primò integrum annum in Ordine commoraverit , & professionem emiserit , p. 725. n. 3.

Nul-

- N**ullus, Religiosos, seu Monachos pro quacumque causa in Judicio trahere præsumat, p. 730. n. 4.
- N**umerus Militum, & Præceptorum pro Cœnobiis in Regno Granatae, & Africæ construendis à Rege statuendus, p. 617. c. 2. p. 635. c. 1. p. 814. c. 1.
- N**unius Fernandez III. Magister Ordinis, p. 21. n. 2.
- N**unioni Magistro Calatravæ hæreditas, quæ dicitur Vallis, donatur, p. 9. n. 1.
- N**unio Chamizo Præceptor de Moron, & Cothè, p. 160. n. 2.
- N**untio Hispaniarum facultas dispensandi circa laborem in variis festivis diebus conceditur, p. 602. & 603. p. 697. & 98.
- N**utritorū decimæ, p. 43. n. 4. p. 644. c. 1. p. 681. p. 685. p. 695. p. 783. c. 2.

O

- O**bedientiæ & jurisdictioni Prælatorum Ordinis, Cistercienses assumti in Capellanos, seu Familiares Papæ, aut Cardinalium plenè subsunt, p. 721. c. 2.
- O**bligatio emendi bona ad dotem Conventus à D. Ferdinando de Vega facta, p. 344. & seq.
- O**bservatio privilegiorum Cisterciensium ab omnibus Prælatis debet conservari, p. 704. c. 1.
- O**ctavius Episcopus Tricaricensis Nunnius in Provinciis Belgarum, p. 562. n. 1.
- O**fficia Divina possunt celebrari in Domo Ordinis, tempore generalis interdicti, exclusis excommunicatis, p. 44. n. 13. Cistercienses aper-tis januis, p. 717. c. 1.
- O**fficia, quæ, & qualia impedian ad Habitum Militiarum, quoad Mercaturam, p. 670. & 71.
- O**fficia Castellanorum, vulgo Alcades, suprimuntur; & eorum redditus Ecclesiis applicantur, p. 678. c. 2.
- O**leum sanctum, & Chrisma possunt Fratres à quocumque Catholico Episcopo accipere, p. 8. n. 3. p. 17. n. 3. p. 25. c. 1. p. 44. n. 11.
- O**mnes buenos in Ordine, p. 67. c. 1. p. 106. c. 1.

- Omnimoda jurisdictio in Ecclesiis de Cadahal o, Gata, Salvaleon, Alcantara, & Ceclavin ad Ordinem pertinet, p. 91. c. 2. n. 2. In Partitis de Alcantara, Valentia, Brozas, & Gata ad Archipresbyteros, p. 527. n. 4. In Rollan, p. 197.
- O**pera servilia omnes Christi fideles, auditio Sacro, in aliquibus diebus festivis possunt exercere, p. 602. n. 3. p. 197. n. 3.
- O**rationes Pater noster, in Officium B. M. & septem Psalmos Penitentiales commutantur, p. 268. & seq. p. 398 & seq.
- O**ratores ad Clementem VII. Ludovicus de Prato, & Michael Majus, p. 615. n. 3. p. 811. n. 2.
- O**ratoria potest Ordo construere, p. 12. n. 2.
- O**ordinationes Clericorum à quocumque Catholico Episcopo suscipiantur, p. 8. n. 3. p. 17. n. 3. p. 25. c. 1. p. 44. n. 11.
- O**ordinationes, seu Constitutiones inter Ordinem, & Capitulum Cauriensem super aquarum, & pascuum usu, p. 208. & seq.
- O**rdo de Pirario non recipiat Monachum in Priorem nisi de Domo sua, vel de Calatrava, p. 21. n. 1. Regibus Castellæ commendatur, p. 45. c. 2.
- O**rdo non tenetur respondere de Procuratione pecuniaria Legatis Apostolicis, p. 97. n. 2.
- O**rdo sub obedientia, & visitatione Cistercij manet, p. 98. n. 3. p. 100. c. 2. p. 606. n. 3.
- O**rdo nullum servitium solvere debet de pecudibus, & hominibus ubi cumque pascentibus, & transennibus, p. 113. c. 1. p. 120. n. 1. p. 123. n. 1. p. 128. n. 2.
- O**rdo Calatravæ fuit primo vocatus de Salvaterra, p. 16. c. 1.
- O**rdo Alcantarensis prius fuit vocatus S. Juliani de Pirario, p. 2. & seq. Eisdem privilegiis gaudet, ac Calatravæ, p. 350. n. 3. & seq. Ab omni jurisdictione Ordinaria exemptus est, p. 393. n. 2. Nullum agnoscit Prælatum præter Summum Pontificem, p. 46. n. 2.
- O**rdo de Alcantara quoad visitationem, & correctionem Calatravæ

- subjectus existit , p. 161. n. 2.
Ordines Militares offerunt se mutuò juvare ad Dei , Regis , suorumque jurium defensionem , p.606. c.2. Ad debellandum fidei hostes fuerunt instituti , p.615. n.3. Participant Indulgentiis Regularibus concessis , p. 669. n.2.
Ordines Militares subsidium , & Escusatum solum de decimis , & primi- tiis solvere debent , p. 350. n. 9. & 11. Ad decimam Papalem non te- nentur , p.609. c.1.
Ordo Cisterciensis ab jurisdictione Ordinariorum est exemptus , p. 709. n.2. A nullo nisi per Abbates vi- tari potest , p. 711. c. 1. Ab onere cuiusvis exactio eximitur , p.718. n.2. Sedi Apostolicae immediatè sub- jicitur , p. 749. n. 6. p. 750. n. 2. p. 765. n.4.
Ordo appellationum in causis crimin- libus , & mixtis Militum trium Mi- litiarum , p.667. & seq.
Ordines minores , Diaconatus , & Sub- diaconatus possunt quatuor princi- pales Abbates Cistercienses confer- re , p.771. n.4.
Ordines , Cisterciensibus sine aliqua examinatione conferantur , p. 711. c. 2.
Orgatorina Oppidum , p.86. c.1.
Origo Militiae de Alcantara forsàn à Calatravæ Ordine venit , p.350. n.3. p.569. n.3.
Ornamenta Ecclesiastica benedicere , & Calices consecrare , quatuor princi- pales Abbates Cistercienses possunt , p.771. n. 4.
Ornamentis , & reparacioni Ecclesia- rum redditus Castellaniarum appli- cantur , p. 678. c. 2.
- P**
- P**acensis Episcopus tertiam partem decimarum in Ecclesia S. Mariæ de los Freiles habet , p.94. n.2.
Pagus novus Ordini donatur , p. 131. Ejus confirmatio , p.135. c.2. p.136. c. 2.
Palentino Episcopo præcipitur resig- nationem Magistratus à D. Joanne de Zuñiga factam , admittere , p.281. n.1. & seq. Ac erigere novum Mo-
